This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

QUILATUS
615
G14c
R

CL. GAL.

LIBELLVS,

CVI TITVLVM FEcit, Quos, quibus, & quando purgare oporteat:

A SEBASTIANO COQVILlato Scipione in linguam Latinam conuersus, eiusdemq; Commentarijs illustratus:

Cui accessit Materia & Forma medicamentorum, tam eorum, quæ intrò assumuntur, quàm quæ foris adhibentur: eodem autore.

LVGDVNI,
Apud Gul. Rouillium sub scuto Veneto.
M. D. LIII.
Cum Priuilegio Regis.

Soy de la Librería
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

REVERENDISSIMO AQVENSI Archiepiscopo, generis, & virtutis insignibus viro clarissimo, suo domino, Ioanni à Sancto Chaumundo, Sebastianus Coquillatus Scipio *S. D. P.*

NOBIS erat præ manibus volumen illud, Antistes electissime, quod de legibus scripsit Plato, quum in hanc sententiã incidimus,

κοιμώμενος οὐδεὶς οὐδένος ἄξιος

Quæ mihi ita animum perculit, vt mihi ipſe non diſplicere non potuerim, qui iam inde, quum adoleſcens aliquot Demoſthenis Orationes Latinas feciſſem, quaſi torpeſcere etiã nunc viderer. Cœpi itaque de eo elaborãdo cogitare, quod eſſet & mei ordinis hominibus pergratum, & noſtræ vitæ inſtituto quàm maximè congruum. Quæ res fore mihi videbatur ſi in purgãdi ratione illuſtrãda operas collocaſſem. Quæ, cùm animi pathemata corporis imitẽtur affectus, non modò morbis, ſed ægritudinibus etiam mederi poteſt. At verò, quoniam certò ſciebam quoddam eſſe hominũ genus, quod, dum ſua aut inſcitia nõ poteſt, aut ignauia non vult, quod alios iuuet, quicquam

quam edere, ita aliorũ honestos la-
bores eleuare nititur, vt, dum inge-
nuos aliorum conatus indignissimè
improbat, tunc sibi laudes parare
credat: hanc ob rem nostris vigiliis
optimè consultũ iri putaui, si eis fau-
tor aliquis, & veluti patronus, cu-
ius dignitate tutius in hominũ ma-
nus venirent, eligeretur. Ad quam
quidẽ rem tua autoritate nihil est
mihi visum aptius. Primùm, quòd
de tua indole iam tum, quum Lute-
tiæ disciplinarum studiis operã stre-
nuè nauabas, tantam spem concepe
ram, vt non dubitarem, literas te vi
rum fuisse habituras Mecœnatem, mi.
si fortè aliquem habuissent Maro-
nem. Admirari solebat Pompeius
Catonis in literis Græcis studiũ: &

Arteriaca. Bechica. Vomitoria. Vmbilicaria. Colliria. Emplastra. Cataplasmata. Cerata. Caustica. Frontalia.

ego sæpius demiratus fuissem tuã in optimis disciplinis diligentiã, nisi mihi venisset in mentẽ, ex rosa nũquã scillam nasci. Deinde ad eandem sententiam me impellebat & illud, quòd cùm ego ex Aphrica regressus, quò, discendi studio, viri fortis & magnanimi ducis Paulini classem secutus, adnauigauerã, ad Sanctum Chaumundũ diuertissem, atque nauigationis molestia exagitatus, & itineris labore penè confractus, generosissimum fratrem tuum, qui tũc equitatui præfectus, in Narbonensem prouinciam expeditionem parabat, cõuenissem, in eo tantam in elatos constantiam, rursus in deiectos clementiam expertus fui, vt, quod de tui generis magnifi

Chirurgica. Venæsectio. Cucurbitæ. Frictio. Cauteria. Fontanella. Setones. Ligaturæ. Cutio. Sectio. Flatura. Commotio. Syringa. Percussio. Sanguisugæ.

gnificentia mihi fama retulerat, id res ipſa non modò comprobârit, ſed plurimũ etiam adauxerit. Laudatur in M. Marcello animi moderatio: cõmendatur in M. Philippo conſtantia. Sed hæc duo in nobiliſſimo fratre tuo & viro fortiſſimo, ita de victoria inter ſe certant, vt dubitari iure iam poſſit, ſitne ille conſtãtior, an verò in ſuos moderatior, qui nunquam paſſus fuit, ſe aliquo virtutis genere ab eis vinci, quos et nobilitate, & dignitate ſuperaret. Poſtremò, cùm ego Patauij multorum tum literis, tum ſermone cognouiſſem, diuinũ numen eam tuæ virtutis habuiſſe rationẽ, vt te Aquis Sextiis Archiepiſcopum præfeciſſet, non mihi committẽdum eſſe pu-

taui, vt illuſtriſſimo tuo generi, cui beneficiis deuinctus plurimum debebam, & ei patriæ, quæ me benigniſſimè aluerat, in vtriuſque tam proſpero ſucceſſu ad gratulandum meum officium deſeruiſſe viderer. His itaque potiſſimum rationibus adductus, hæc ſic emiſſa eſſe, equidem volui, vt quicquid fructus ſtudioſi Lectores hinc colligerent, id tuæ dignitati, ſine cuius auſpiciis nũquam in lucem prodiiſſent, acceptũ referant. Quòd ſi quis hîc mihi dicat, Aquilam non optare ſibi ficedulam offerri, nec Leonem curare carduelem. Ego verò fateor, hæc eſſe quidem quantitate parua: at vi tanta eſſe, dico, quanta ſunt maxima. Quamobrem, Præſul digniſſime,

ſime, cùm hæc ea ſint, ſine quorum vſu nec corpus, nec mẽs poſsit aptè ſua obire munera: tamen quòd voluminis anguſta breuitas nõ eſt mihi viſa ſatis digna auguſta amplitudine tuæ dignitatis, idcirco tuum in literas beneuolum animũ obteſtor, vt non tam rei oblatæ, quàm animi offerentis rationem habeas: eóque vultu hæc accipias, dũ maiora molimur, quo pomum ſibi oblatum Alexander ſuſcepiſſe fertur. Vale Monſpeſſuli Nonis Ianuarij.

ex pharmacopœa Iouberti.

AD STUDIOsum Lectorem.

Radices.
Acorus.
Altea.
Angelica.
Apium.
Aristoloq.
Artanita.
Asarum.
Asparag.
Beon.
Bistorta.
Brionia.
Cala. arom.
Chelidon.
Consolida.
Costus.
Cucumis agrestis.
Cyperus.
Dictamnum.
Doronicum.
Ebulus.

CVM, vbi desinit contemplatio, inde incipiat operatio, necesse est, studiose Lector, duo esse, quę Medicũ reddant peritum, vniuersalium-cõtemplatio, & particularium exercitatio. Quam rem cùm ego animaduertissem, è re Candidatorum Medicinę me facturũ putaui, si, quæ Galenus, dum artẽ constituebat, generatim cõplexus est, ea nos, dum artis vsum tradere conamur, singulatim persequeremur.

Sic

Sic enim fore videbã, vt qui Medicinam profiterentur, ij non ſolùm artis cauſas animo certiſsimè tenerent, ſed eius etiã vtiliratem in opere præſtarent. Itaque hominũ, qui cathartica ferunt, genus, quod ille duabus differentiis circunſcripſerat, nos in duodecim ſpecies diſtinximus. Præterea quatuor purgãdi tempora à Galeno deſcripta, in quatuordecim partiti ſumus. Denique purgantia medicamenta, quæ autor noſter quatuor primis generibus compræhenderat, non modò in proprias formas, atque ſpecies, ſed in ſingularia etiam deduximus. Qua quidẽ re quantum Medicinæ tyrones iuuerim, iudicent ij, qui & verè poſſunt, & candidè volunt de aliorum laboribus iudicare. Hoc vnum dicam, quod antehac ex penè immenſa volumi-

num

num varietate, quum erat præscri-
bendum medicamentum, non cer-
tè sine magno nostro labore, & æ-
gri periculo, quasi emendicare co-
gebamur, id ex hoc vno libello,
perinde ac ex locupletissimo pe-
nu, in rem præsentem in promptu
facilè posse depromi. At si quis di-
cat eandem retexi telam, quòd hac
de re permulti scripserint. Ego pro
recto id liberè fateor, quod est ve-
rissimũ, multos multa de hoc ne-
gotio tradidisse, sed alios alia, atq;
singulos singula. Nam, dũ hic sim-
plicia purgantia enumerat, de cõ-
positis ne verbum quidem addit.
Is verò, dum composita purgantia
exprimit, ea quæ humores præpa-
rant, planè negligit. Ille quidẽ hæc
descripsit, sed permiscendi rationẽ
subticuit. Cõtrà iste de componen
di modo diligenter egit, at mate-
riam

riam vix attigit. Denique quisque suo studio delectatus, ita contempsit alterum, vt qui vniuersam purgandi rationem absoluerit, neminem legam. Nos autem commemoratis omnibus, qui purgationes sine damno ferunt, definitis temporibus, quibus purgantia tuto dari possunt medicamenta tum simplicia, tum composita, non modò, quæ præparant expulsioni humores, sed quæ præparatos etiam humores expellunt, longè, latéque sumus prosecuti: singulorum dotes definiuimus, singulorum denique medicamentorum differentias, materiam, & formam ea methodo descripsimus, vt Medicinæ Candidati, in purgandi ratione iam aliud quicquam nequeant desiderare, quàm ægri naturam, & morbi formam cognoscere

scere. His igitur nostris labori-
bus, Lector, interim fruere, dum
duo illa simili studio ti-
bi paramus: &
Vale.

Calor. to. 3. col. 82. et seq. et. col. 91. et. col. 111. et. 113. et sequent. et. col. 124. et. col. 195. et. 227. et. 675. Item. to. 4. col. 52. et. col. 439. et. 44
Item. to. 1. col. 813. et. 81
et. 998.
Item. to. 7. col. 242. Cate. et. 245.
Item. to. 6. col. 229.
Item. to. 5. col. 53. et. col. 7. et. 56. et. 9
Cate. et. 102.

CL. GALENI LIBELLVS, CVI titulum fecit, Quos, & quibus, & quando purgare oporteat: à Sebastiano Coquillato Scipione Latino sermone donatus: eiusdémque Commẽtariis illustratus: vnà cùm materia, & forma non modò medicamentorum, quæ intrò assumuntur, sed eorum etiam, quæ foris adhibentur.

CAPVT I.

QVi sano sunt corpore, hos purgare periculosum est.

CVm tria hoc opusculo aphoristica methodo tradantur, qui sint,

sint,qui cathartica ferant:quo tẽpore corpora purgari sine damno possint:& per quæ fieri debeat purgatio,ab eo,quod primò propositum fuit, exorsus Gal.asserit eos, qui symmetro sunt corpore, purgationes ferre sine magno damno non posse. Quam thesin tum demũ apertius explicabimus,quum quid sit purgatio,quídque sanum corpus,dixerimus. Purgatio igitur est humorum,qui & qualitate intentiore,& quãtitate maiore adaucti sunt,quàm eorum temperies sanguini inculpatè generando necessaria egeat,euacuatio. Quæ res ad vitam hominum conseruãdam eò necessaria est,quòd,quemadmodũ zea,etsi sua natura sit pani confi-
ciendo aptissima,nunquàm tamen panem inculpatũ antè nobis reddet, quàm melanthio, eruo, lolio

Galen. Alpho. 2. libro 1.

Dioscor. capitu. 8. lib. 2.

sit

fit diligenter purgata: ſic ſanguis, quanquã corpori alendo per ſe ſit conuenientiſsimus, tamen natura alimentum ſibi conueniens ex eo non priùs cõficiet, quàm eum corruptis humoribus purgatũ reddideris. Quòd ſi noſtrum corpus tantiſper bene ſe habeat, dum alimento nutritur, noſtræ ſubſtantiæ ſimili, (quod eſſe nequit, dum ſanguini permiſti ſunt humores præter naturam) non eſt certè, cur dicam, quàm non modò vtilis, ſed neceſſaria etiã ſit, quum cacochymia vel præſens infeſtat, vel futura timetur, purgãdi ratio. At quonã fit purgatio modo? certè medicamento humores attrahẽte, & attractos natura expellente. Quod fit, dum purgans medicamentum, propter totius ſubſtantiæ ſimilitudinem vi attractiue ad ſe elicit ſibi

Hippo. de Nat. hu.

Gal. lib. 1. de Facul. Natur.

conuenientem humorem. Nã quẽ-admodum ſingulæ partes tum animalium, tum plantarum, alimentum, quod eſt ſibi ſimile, ad ſe trahunt: ſic catharticum humorẽ ſibi conuenientem in ventriculũ colligit: attractũ natura, quæ, quod ſibi contrarium eſt reiicit, facultate expultrice expellit. Sanè multi hîc dubitant, quî fieri poteſt, vt medicamẽtum attrahat humorem ſimilitudine ſubſtantiæ, cùm cnici granum, etſi calidum ſit tertio gradu, pituitam tamẽ frigidam attrahat. Quod cùm ita ſit, non ſimile, ſed cõtrarium attrahere videtur. Ego verò hos non diutius dubitaturos ſpero, ſi, quod eſt veriſsimum, id animaduerterint, multa nimirum eſſe medicamenta, quæ quanquàm videantur eſſe ſimplicia, ſunt tamẽ diuerſis ſubſtãtiis, & diuerſis qualitati

Gal. Aphor. 38. lib. 2.

Gal. lib. 7. Simpl.

Gal. lib. 3. capit. 15. Simpl.

litatibus compoſita, vt braſsica, aloë, roſa, lenticula, & alia penè innumera: in quibus eſt ſubſtantia tenuis, & ignea, qua purgãt, & craſsa etiam, qua adſtringunt. Quòd ſi in his contrarias ſubſtantias eſſe fatemur, cur eaſdẽ in grano cnici eſſe non poſſe negabimus? Itaque, etſi carthami ſemen ſit calidum, habet tamen ſubſtantiam aliquã pituitoſam, qua ad ſe phlegma trahit. Nec eſt, cur moueamur, quòd Meſues cauſam attractionis dixerit eſſe ſpeciei proprietatem. Appelles enim cauſam illam, qua medicamentum ad ſe humores trahit, ſeu ſpeciei proprietatem cum Arabibus, ſeu naturæ ſimilitudinem cũ Græcis, hoc nihil equidẽ moror. Alij de vocibus certent, modò inter nos de rebus conſtet. Certũ eſt igitur, cathartici facultatem attra-

ctricem ad humorē ſibi conuenien
tem attrahendum eo impelli, quòd
natura medicamenti quandam ha-
bet quaſi cognationem cum natu-
ra humoris, quem ad ſe non aliter,
quàm magnes ferrum, aut paleas
ſuccinū attrahit. Quam quidem
συμπαθείαν & rerum cōcordiam, cū
Gale. lib. 9. Simpl. nulla ratiocinatione, ſed ſola expe
rientia deprehendamus, ob id pro
prietatem occultam nonnulli ap-
pellarunt. Quid autē ſit ſanum cor
pus, id hinc facilè colligi poteſt,
Gal. lib. 1. capit 7. Method. quòd cùm ſanitas, & morbus ſint
ſub eodem genere cōprehenſa, (cō
tinentur enim ſub diſpoſitione) &
ſint contraria: (nam maximè inter
ſe diſtant, & ſe mutuò expellunt) ſi
Gal. 1. ca. 2. de Cau. morb. morbus ſit affectus præter naturā
actiones lædens: ſanitas profectò
erit noſtri corporis conſtitutio ſe-
cundum naturam, actiones illæſas
conſer

conseruans. Itaque vt ea corpora ægra dicimus, quæ, cũ naturæ munia obire nequeant, se medicamento egere sentiunt, sic ea, quæ, quia corporis actiones facilè absoluũt, ideo se medicamentis posse carere putant, sana esse credimus. Quòd si sana corpora non possint, nisi in deterius, mutari, quia secundũ naturam se habent, & omnis euacuatio alterationem adferat: restat, vt sana corpora non possint sine naturæ damno, vllo modo purgari. At verò duplex est sanitas: vna ita ex omni parte absoluta, vt omnino sit sine vitio: altera, quæ ab hac perfectione paululum declinat: nõ tamen sic, vt sit grauis adeò animali, vt actiones lædat. De priore hîc agitur: quæ, cùm humorũ abundantia minimè necessaria, & putrefactione omnino careat, purgante

Gal. Ar. paru. capit. 4.

medicamento non eſt irritãda. Veriſsimum igitur eſt, qui cõmoderato ſunt corpore, eos non facilè ferre purgationes.

CAP. II.

NAm qui commoderato ſunt corpore, ĩ tãto dolore ex lecta naturæ cum morbo purgantur, vt non modò vertigine, & torminibus, ſed animi etiã deliquio ſæpe laborent.

PVrgationem in corpore ſymmetro periculoſam eſſe, probãt ſymptomata, quæ purgationẽ nõ neceſſariam ſubſequuntur, vertigo, ægritudo, tortio, ſyncope. Vertigo eſt cerebri affectus, quo in gyrum contortus ſpiritus animalis, qui per opticũ neruũ exit, ſic obiecta euariat, vt viſa torqueri credã

tur.

tur. Ægritudo eſt dolor ex ſolutione continui: quæ fit natura retinente humorem ſibi conuenientē, & medicamento illum ad ſe attrahēte. Tertio eſt affectus præter naturā eorum, quæ circa vmbilicum ſunt. Denique animi deliquiū eſt facultatis animalis lapſus: quo hominis vires repentè concidunt. Quod igitur ſuprà propoſitū fuerat, id ducto argumento ab effectis hîc confirmatur.

CAP. III.

QVæ incōmoda ob ideueniūt quòd medicamētū purgās, quum non inuenit ſibi proprium humorem, quē trahat, carnes, & ſanguinem colliquat, vt ex illis, quod eſt ſibi proprium, eliciat.

CAuſa horum ſymptomatū eſt, quòd catharticum, quum non

inuenit corruptum,& ſibi cognatum humorem, quē ducat, primū ſpiritus diſsipat: deinde humores diſcutit: poſtremò ſolidas partes labefactat. Cùm igitur ſingula, ex quibus corpus humanū conſtituitur, labefaciat, neceſſe eſt, vt propter ſummam naturæ debilitatem, animi deliquium ſubſequatur. Dolor verò fit ex continui ſolutione, quòd, cùm catharticum in corpore nullum inuenerit humorem ſibi cōuenientem, educto humore, qui ad ſequendū paratior erat, iam demum ſanguinem naturæ fomitem ad ſe attrahit. Quem dum natura ſibi amicum retinere nititur, lucta fit, attrahente pharmaco,& retinēte natura. Quo certamine defeſſa natura dolore fatiſcit. Quæ ſi victa pharmaco ceſſerit, adeò moleſta attractione vexatur, vt dum ex

Gale. Aphor. 36. lib. 2.

Hippo. de Natu. hu.

venis

venis meſenterij catharticũ euel-
lit humores, ſentiat æger circa vm-
bilicum grauiſsima tormina: & tã-
dem ruptis vaſis fiat ἀνούρησις, per
quam colliquato toto corpore &
triplici ſubſtantia penè exhauſto,
ita diminuitur ſpiritus animalis,
vt quod ex eo reliquum eſt, id fu-
ligino ſo vapore è ventriculo ad ce-
rebri ventres delato, ſic perturba-
tur, vt quæ ab ægro cõſpiciuntur,
illa in gyrum torqueri videãtur.
Hæ ſunt horum ſymptomatũ par-
ticulares, & proprię cauſæ: quę in-
de omnes oriuntur, quòd cùm ca-
tharticũ humorẽ ſibi ſimilẽ in cor-
pore commoderato nõ inuenerit,
ſanguinẽ, inuita & reluctante na-
tura, colliquat. At ſi quis miretur,
ſingulis his affectibus ſingulas à
nobis fuiſſe redditas cauſas, dolori
ſolutionem continui, animi deli-

quio ſpiritus animalis penuriam, tortioni violentam humorum naturæ conuenientium attractionē, cùm Gal. iis tribus vnā cauſam eſſe voluerit, noſtræ ſubſtantiæ colliquationem: is ſecum putet aliā eſſe docendi rationem ei, qui artē docet, aliámque ei, qui artis vſum tradit. Ille enim vniuerſalia perſequutus, particularia deſpicit: hic contrà individua tradens, vniuerſalia nō attingit. Itaque Gal. qui artem docet, cauſas vniuerſales demonſtrat: at nos, qui artis vſum quærimus, particulares indicamus. Sic enim ſperamus doctrinam fore abſolutam, quam abſoluit vniuerſalium contemplatio, & particularium exercitatio.

Gal. li. 9. capite. 4. Method.

CAP. IIII.

QVi verò ſani adhuc quidem ſunt, ægrotaturi tamen, niſi

antè

antè purgentur, ij vel ſanguine detracto, ſi humorum copia, vel deiectione, ſi humorum corruptione infeſtentur, veris quidem initio euacuandi ſunt.

CVm duplex ſit ſanitas, pfecta, de qua tribus prioribus capiti bus, & imperfecta: de hac hîc eſt nobis agẽdum. Ergo vt qui omnino bene valent, planè purgante carere debent: ſic qui neutra ſunt diſpoſitione, ij electo quidem tẽpore euacuari deſiderãt. Nam qui humorum putredine, aut plethora iã primùm incipiente corripiuntur, & quàm primùm læſiones facultatum ſunt paſſuri, niſi putredinis fomes, & principiũ intercipiatur, ij ad aduentantis morbi auerſionem, & futuri cautionem, matura purgatione ſunt euacuandi. Nã quod

Gale. Aphor. 47. lib. 6.

illo

ille de animi affectu cecinit, id ad corporum paſsiones aptiſsimè cer tè transferri poteſt:

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
Quum mala per longas conualuere moras.

Gale. Aphoriſ. 15. lib. 1. Cur autem ineũte vere ad futuros morbos cauẽdos potiùs quàm alio quouis tẽpore, purgandum ſit, cauſa eſt, quòd cùm ver ſit tẽpus, quo ſol pertranſit quadrãtem Zodiaci, qui intercipitur inter primum gradum Arietis, & vltimum Geminorum, neceſſe eſt, hanc elementarem regionem, & quæcunque ſub Lunæ globo continentur, hac præſertim zona inter Æquatorẽ, & Tropicum ſeptentrionalem, cõprehenſa, calore, & humiditate veris tempore temperatiſsima eſſe. Nã cùm tunc ſol aſcendat à Tropico Ca-

Gal. lib. 1. cap. 4. de tempera.

pricor-

pricorni, eius radij sunt nec acutiores, nec obtusiores, sed inter vtrunque mediocritatem tenētes. Ex quo fit, vt calor nec remissior, nec intensior sit. Præterea cùm nec æstatis calore aresçant, nec hyemis madore defluant, sed roscido humore sint hæc inferiora irrigua, efficitur tepor suauissimus. Quo recreata natura, quæ calido, & humido temperatis fouetur, & viget collectis viribus, (quas æstatis feruore laxata, rursus hyemis frigore compressa penè amiserat,) ad humores sibi nocuos expellendos fit alacrior, & veluti ad onus excutiendum expeditior. Cuius quidē rei argumento nobis esse possunt plantæ: quæ cùm hyemis frigore, & æstatis calore marcescant, roscido veris tempore vigent. Hæc igitur temperies causa est, cur vere

ad

ad futuros morbos declinãdos cõmodius, quàm alio quouis tempore, purgemus. Quamobrem, quemadmodum duo ſunt hominũ genera, quæ euacuationem ferũt, qui ægro ſunt corpore, & qui neutro, ſic euacuãdi tempora duo quoque ſunt. Qui enim ægro ſunt corpore, modò cætera permittant, tempore eo purgentur, quo morbus adeſt. At qui neutro ſunt, vt æſtiuos morbos fugiant, vere: vt verò hyemales, autumno purgandi ſine dubio erũt. At verò, quo euacuationis genere, id nondum emerſit. Itaque, vt duæ morborũ ſunt ſpecies, plethora, & cacochymia, ſic duæ ſunt euacuandi formæ, venæ ſectio, & deiectio. Plethora, quoniam ex ſanguinis largiore copia fit, quàm hominis prima conſtitutio ferat, ob id ſanguine per phle-

Galen. Cur. rat. per ſang. miſ. cap. 4.

boto

botomiam detracto curatur. Caco chymia verò, quia est humorũ putredo, quæ fit, quum humores, naturali calore amisso, alienum recipiunt, ideirco purgante medicamento, quod sanguinem putridis humoribus mũdat, tollitur. Verissimum est igitur illud Hippocratis oraculum, vt similia similibus conseruantur, sic contraria cõtrariis curantur.

CAP. V.

ITaque nos pedum dolorem, & articularem morbum, cuius humor nondum occalluerat, nec in tophos abierat, multis iam annis præmatura euacuatione auertimus, atque fieri prohibuimus.

PEdum dolor podagra, & arthritis, nominibus sumptis à partibus, *Gal. li. 2. capit. 2. Method.*

bus, quas infestãt, dicuntur. Fiunt autem humoribus præter naturã in hæc membra decumbentibus. Qui si priùs, quàm in tophos, terrestremque duritiẽ coaluerint, euacuentur, hac purgatione, & ratione victus adhibita, æger cõualescere poterit. Sic Gal. permultos, qui trib. aut quatuor annis per interualla his affectibus vexati fuerant, vitioso humore, initio veris, educto per pharmacũ, persanauit. Sed tamen, si in tophaceam substãtiam obduruerit humor, topicis medicamẽtis & emollientibus, & discutientibus tunc maximè opus erit. Quare, quod præcepit autor, id se in seroso excremento feciſſe, his exemplis cõprobat: qui, quod experientia cognouit, id literarum monumentis posteritati tradere voluit.

De ratione curandi per sanguinis missio. capit. 7. Gal. libr. 10. cap. 3. Method.

CAP.

EAdémque ratione, apoplexiam, & epilepsiam, melancholiam, aliásque diuturnas passiones in non paucis hominibus fieri, nos sanè prohibuimus.

SEroſum excrementum, euacuatione morbum præcedente, magna ægrorum vtilitate eductũ fuiſſe exemplis iam fuit comprobatũ. Pituitã verò, & melancholiã, non minori commodo, eodem purgandi genere deiectam fuiſſe, hîc teſtis eſt autor. Sed quænam ſit horum morborũ natura, paucis expediamus. Apoplexia igitur eſt affectus: quo craſſa pituita repletis cerebri ventriculis, aut phlegmone obſeſſis, prohibetur ſpiritus animalis, quò minùs ad partes inferiores deſcẽdere poſsit. Nec his repugnãt,

quæ dixit Hippocrates, hunc affectum ex flatibus generari. Nam ij flatus ex pituita exhalant. Quòd si magna, & crassa sit humoris copia, nec resolui, discutíue à natura queat: fieri non potest, vt apoplexia soluatur. At si humor sit tenuis, & paucus, materia ad spinalẽ medullam detrusa, ex apoplexia fiet paralysis. Epilepsia verò fit vaporoso flatu cerebri ventres replẽte. Quo impeditur animalis spiritus, ne in partes inferiores liberè illabatur. Quòd si quis dicat, comitialis morbi causam esse humorem crassum, nos dicimus causam propinquam esse vaporem fuliginosum: remotam verò, humorem crassum, vnde exhalat vapor. Differt igitur epilepsia ab apoplexia, quòd hæc causam habet, quæ nunquam, aut magna difficultate re-

Hipp. Aphor. 42. lib. 2.

Gal. Aphoris. 4. lib. 2.

Gal. lib. 2. de Locis affect.

solui

solui potest: illa verò, quæ nō adeò ægrè discutitur, ob humoris tenuitatem. Melancholia est animi affectus ex melācholico humore: quo mens sic perturbatur, vt rectum de rebus iudicium ferre nequeat. Postremò morbi diuturni sunt, qui ex pituita, melācholia, humoribus quidem suo lentore, magno negotio discutiendis, constant. Huius generis sunt ascites, cordis palpitatio, quartana. Quos cauebimus, per maturam euacuationem abscessa eorum causa.

CAP. VII.

ENimuerò alios iuuabat, huius generis purgatione pituitosos humores educi: alij verò ex biliosorum humorum vacuatione bene habebant: alij melancholia subducta opium auxilium sentiebant: denique quis-

que ſe iuuari experiebatur, quum is ſubtrahebatur humor, qui morbi cauſa erat.

EX antè dictis patet, plethoricos ſanguinis detractione, cacochymos verò humorum purgatione eſſe leuandos. Sed, quoniam vniuerſalis doctrina, niſi ei ſubiungatur circumſcripta & determinata, non ſatis eſt ad morborum curationem: idcirco addēdum eſt cuius ſpeciei medicamento fieri debeat purgatio. Ergo, cùm talia eſſe debeāt medicamēta, qualia humores poſtulant: ideo bili educendæ cholagogum, pituitæ phlegmagogum, ſeroſo excremento hydragogum, denique melanagogum atræ bili exhibebimus. Sic empyema ſubducto ex thoracis ſpatio pure tollemus. Denique, ſumpta indicatione à contrarietate, calida frigi-

Gal. lib. 5. Simpl.

Hippo. de Flatib.

dis

dis, humida siccis, laxata tensis, va-
cua plenis, coniuncta solutis oppo-
nentes, semper curabimus. Ex quo
sequitur, ei non esse obscuram re-
mediorum inuentionē, cui sit mor-
borum perspecta natura. Qui au-
tem, ignota causa, morbo remedia
quærit, ei planè hic similis est, qui,
clausis oculis, quò fortuna ferat,
telum iacit. Vt enim ille, si quando
scopum attigerit, id non arti, sed
fortunæ, acceptum referre debet:
sic is nunquam arte curabit. Cùm
igitur tot sint, & inter se adeò di-
uersæ morborū causæ, intelligunt
ij, qui methodo curare norunt,
quantum aberrent, & perperam a-
gāt illi, qui, vt ineptus sutor vno
aut altero calopodio, omnes cal-
ceare vult, sic omnibus causis mor-
borum idem adhibent medicamen-
tum. Serosum verò excrementum

Gal. Me-
tho. lib. 2.
cap. 7.

Syl. Me-
thod. de
com. med.

Gal. lib. 3.
cap. 4. de
Sympto.
causis.

est tertia concoctione à sanguine secretũ. Differt à pituita, quòd hęc naturalis, illud præter naturam fit.

CAP. VIII.

ECce, vt exẽpli causa quædam particularia ponantur, quidam, nisi tempestiua purgatione illi sit à nobis prospectum, singulis annis melancholia vexatur. Hũc ego non solùm verno, sed autumnali etiam tempore purgo. Sic & cuidam mulieri, cui in mãmis affectus ad cancri naturam proximè accedens hærebat, quoque anno, veris initio, purgante medicamento aluum soluo. Quam, vbi medicamento melancholiam strenuè trahente purgaui, incolumem planè reddo. At, si fortè purgatio aliquando sit

inter

intermissa, tunc mulier in interioribus corporis partibus acriorē dolorem sentit. Elephantiam quoque quum primùm inciperet, aperta vena, et soluta aluo, persanaui. Quod vel semel feciſſe singulis quidē annis, satis nobis erat. Vbi verò hæc intermittebātur, recrudeſcebat ſtatim morbus.

NOn contentus autor medicamentorum differentias tradidiſſe, exempla, quibus eorum vim comprobet, ſubiungit. Cancer verò fit ex melancholia. Quæ ſi ſit ex bile torrida, faciet cancrum vlceratum: qui ſine chirurgi opera curari nullo modo poteſt. Si verò ſit melancholia naturalis, faciet cancrum non vlceratum. Qui in mammis mulierum ideo naſci ſolet, &

quòd illic ſunt venarum concurſus,& quòd fungoſa earũ ſubſtantia ſit,laxa, fluxionibúsque patẽs.

Gale. lib. 14.cap.9. Method. Hic per interualla,ſumpto cathartico,etiam citra chirurgi operam curari poteſt. Elephas verò eſt cancer per vniuerſam corporis cutim ſparſus:qui ſi ex melancholia craſſa factus ſit,& diu in corpore manſerit,nullis medicamẽtis cedit. At ex melancholia non ita craſſa factus,& non ita pridem ortus,ſanguinis detractione, & putredinis humorum correctiõe tolli poteſt. Melancholia quid ſit, dictum fuit antè. Intermiſſa autem euacuatio propterea recidiuos affectus faciebat,quòd, vt cauſa ablata aufert effectus,ſic cauſa poſita effectus edit. Porrò autumni tẽpore purgamus, vt hybernos morbos caueamus:vere verò, vt æſtiuos fugiamus. Aeſtate

Gal.lib.2. ad Glauc.

ſtate nõ purgamus, niſi magna ne-
ceſsitate coacti, quia calore am-
biẽtis nos aeris debilitata natura,
purgantis vim facilè ferre non po-
teſt. Nec etiam hyeme purgationi-
bus ſolicitare corpora oportet, ni-
ſi magna vrgeat neceſsitas, quòd
tunc humores intrò adacti, ac con-
creti ad motũ ſint inepti: qui dum
medicamento, clauſis poris, trahen-
ti non parent, pugna ſit in corpo-
re moleſtiſsima, trahente medica-
mento, & renitẽte humore. Quòd
lepra differat ab elephãte, teſtis eſt
Gal. qui vtriuſque meminit.

Libr. 14. capit. 17. Method.

CAP. IX.

*TAles igitur morbi, melancho-
lici humoris euacuatione indi-
gent. At epileptici, & apoplecti-
ci, & aſthmatici phlegmatis deie-
ctione curantur. Articulares verò*

ſi cum immodico calore infeſtent, flauæ bilis: ſi cum frigidis tumoribus, pituitoſi humoris purgatione egent.

BReui epilogo cõmemorat, quæ quibus morbis cathartica conueniant. Aſthma eſt affectus, quo pulmonis bronchiis humoribus craſsis, & viſcidis infarctis ægri non facilè reſpirant. Qui morbus, quia frigidus, & humidus eſt, per ea, quæ abſtergunt & extenuant, abſumpta pituita, curandus eſt. Arthritis eſt articulorũ morbus. Qui etſi ſæpius pituitoſum humorem cauſam habeat, tamen aliquando etiã à flaua bile efficitur. Quo fit, vt nunc per ea, quæ pituitam, nunc iis, quæ bilem flauam educunt, tollatur.

Gal. li. 7. cap. 6. de med. loco.

CAP.

CAP. X.

QVidam febre tertiana æstiuo tẽpore solitus laborare, multis iam annis sine febre vixit, quòd ad finem veris flauæ bilis eductione, morbo veniẽti à nobis occursum fuerit. Quẽadmodũ enim, qui comitiali, articulari, melancholico, aut alio quouis morbo, qui ex crasso humore fit, vexatur, commodius ineũte vere, quàm alio quouis tempore, sic qui tertiana febre, aliísue, ex flaua bile morbis infestãtur, vere desinente, vtilius euacuantur.

AD duo antè dicta purgãdi tempora, additur & tertium: quod est veris postrema pars, ęstatis principio persimilis: in qua propter largam humorum copiam, qua hyeme

Gale. Aphoris. 15. lib. 1.

me repleuerat natura corpus, ſic ca lidis humoribus abundant homines, vt periculum ſit, niſi antè fiat euacuatio, ne æſtatis proximè ſequentis ardore fuſi humores, vaſis ruptis in partem aliquam decumbāt: in quam phlegmonen, aut eryſipelas excitēt. At in principio veris humores frigidi ſunt euacuandi, quòd tunc maximè adaucti minentur frigidos morbos, niſi tempeſtiuè educantur. Febris tertiana dicta, quòd tertio quoq; die inuadat: quæ ex flaua bile generatur extra venas putrefacta. Hic humor omnium, qui ſunt in corpore, calidiſsimus eſt. Quare cùm æſtas illi qualitatibus conueniat, fit, vt æſtiuo tempore, potius, quàm alio, vigeat flaua bilis. Eget igitur tā ſui ratione, quàm ob ſuā cauſam, refrigerantibus, & humectantibus.

Gal. lib. 2. de Diffe. feb.

CAP.

CAP. XI.

VErùm humores craſſos, & viſcidos extenuare, & incidere, antè quàm educantur, oportet. Itémque meatus, per quos educẽdi ſunt, priùs quàm cathartícum exhibeatur, reſer.tre neceſſe eſt ei, qui purgationem inculpatè ſuccedere optat, idque maximè ſi elleboro fiat purgatio.

PRæter tres tẽporis, in quo dantur purgantia, conditiones, de quibus ſuperiore ſermõe egimus, adnumeratur tempus, quod corporis purgãdi præparationem ſequitur. Fit autem hæc præparatio humorũ coctione, digeſtione, & præparatione. Coctio eſt humorum in propriam qualitatem eius, in quod fit mutatio, alteratio. Quæ cùm fiat

Gale. Aphori. 22. lib. 2.

fiat à calore natiuo, calor verò naturalis his, quæ sibi sunt similia, augeatur: ab illis sine dubio iuuatur, quæ calori natiuo qualitate respõdent. Itaq; cùm pauca sint serapia, quæ nostrum calorẽ augeãt, quem citius aut intẽtiore, aut remissiore calore plerunque lædunt, non omnia sunt ad coctionẽ iuuandam apta. Imò verò ea solùm, quæ nostro calori sua qualitate cõueniũt, coctionem iuuare possunt: vt serapium de citro. Sed tamẽ, quoniam vinum moderatè calidum, & somnus coctionẽ iuuant, ideo serapia, quæ somnum conciliant, item quæ adstringunt, per accidens coquunt, quòd calorem natiuum augeant. At verò, quoniam per concoctionem duo fiunt humorũ genera, vnum, quod est secundum naturam, alterũ præter naturam: id-

Galen. de Fac. alim.

circo

circo post cõcoctionem sequi debet digestio, quæ est humorum diuersorum separatio: qua vt natura nititur, quod est secundum naturam, corporis partibus simile reddere, & illis adiungere: sic quod est præter naturam, protinus foras expellere tentat. Quæ expulsio antè rectè fieri non potest, quàm humores extenuentur, & meatus corporis aperiãtur. Quę res facit, vt post concoctionem, quam molitur natura à morbi augmento, & digestionem, quam efficit natura statim post concoctionem, adhiberi debeat præparatio: quæ fit extenuantibus, & præparantibus. Attenuantia sunt, smyrnium, pyrethrum, origanum, calaminthe, thymum, sisymbrium, pulegium, satureia, capparis, eruca, sion, apium, petroselinũ, orminum, hyssopus, serpyl-

ſerpyllum,eryngij ſtolones,vrtica recens, ruta, fœniculum, coriandrum,anethum,chondrylla,lactuca, gingidium, libyſticum, bryonia,vitex,germina ruborũ, aſparagus,orobus, omnia ſemina acria, omnia aromata. Aperientia autem ſunt abſinthium, iris,abrotanum, chamæmelum, ſcilla,cyclaminus, ſemina lini,& vrticæ,hordeũ, fœnogræcum,lobi,fabæ, mel, pruna Damaſcena,quatuor ſemina frigida, vtrunque cichorium,filix,ſerapium,acetoſæ,oxyſaccharũ, ptiſana, oxymel,aqua mulſa cum hyſſopo,ſerpyllo,origano, calaminthe, iride decocta. Cæterùm humores craſsi,& viſcidi ſunt,qui citra ſanguinem conſiſtunt,nec exactã elaborationem ſunt adepti. Qui, ſi cathartico irritẽtur,cùm ſint ad motum inepti,tum propter craſsitiẽ,

Gal.lib.5. Simpl.

Paul. Aegin.lib.1. cap.5.

Gal. de cõpo.medi. ſecũ.loc.

Gal. de ſanit.tuend. lib.4.c.5.

&

& frigiditatē, tum verò, quòd sint cum iis, qui sunt secundum naturam, humoribus permisti: non modò non deiiciuntur, sed infarcti etiam venis, quæ sunt circa vmbilicum, tanta excitabūt tormina, vt inde animi deliquiū subsequatur. Concocti autem, digesti, & præparati, cùm sint à naturali humore secreti, nec possint in alimentū conuerti, & habeāt exitus expeditos, tunc impellente natura, quæ, quod sibi noxium est, expellit, & attrahente cathartico, vlla prorsus sine molestia foras protruduntur. Nec est, cur illa de flaua bile à doctis viris agitata questio, nos diutiùs torqueat. Nam si à natura alteratur bilis, alterata discernatur, discreta sit expellēda: cur illi suam (modò non turgeat) concoctionem, digestionem, & denique præparationē de-

Cerat. vigonis.
Cerat. santalinū.
Cerat. stomachicū.
Codogniatū
Condita multa vt sunt amygdala, cerasa, corna, cucurbita,
Gale. Aphor. 22. lib. 1.
malacidonia, passerum cerebella, præcocia, pruna, pyra, vua immatura, carnes viperarum, nuces miris
Gal. de ratio. vict. in morb. acut.
ticæ, nuces vulgares, sebes

negemus,equidem ego non video. Quòd si catharticum ante præparationem datum, non modò non id educit, quod est præter naturam, sed quod est etiam secundum naturam,id consumit:post verò præparationẽ,humorem coctum & digestum,quem natura,cùm in alimentum propter putredinem mutare nequeat,expellere tẽtat,facile apertis meatibus educat:verissimũ est, quod ille in medicina vates dixit, cocta medicari,& mouere,non verò cruda oportere.Itaque nõ antè purgabimus, præsertim elleboro, aut alio quouis per vehemẽtem attractionem purgãte, quàm sint humores cocti, digesti, & præparati. Corpora verò veratro purganda præparantur cibo & quiete humectantibus , quòd periculum sit, ne exhaustis vehementiore attrahendi

Hipp. Aphor. 22. lib. 1.

Gale. Aphoris. 13. lib. 4.

di virtute ſpiritibus & humoribus, ſequatur letalis conuulſio.

CAP. XII.

NAm vehemens muſculorum diuulſorũ contenſio, quæ humores partibus affectis impactos vehementi concuſſione euellit, ſicq; diuturnas paſſiones iuuat, expeditius id abſoluit, ſi prius humores, qui lenti ſunt, incidantur, & qui craſſi, extenuentur. Qui verò hæc tuti negligunt, ij ea moleſtia purgationes experiũtur, vt ſumpto pharmaco, nunc inteſtinorum torſionibus, nunc ſingultu, nunc nauſea, nũc animi deliquio, pulſu cõcitatiore totius naturæ perturbationem atteſtante, miſerè vexentur.

EXpoſitis cauſis, cur oporteat humores crudos coquere, co-

ctos digerere, digestos extenuare, corporum meatus aperire, modũ docet Gal. quo natura, quod sibi molestum est, expellit. Fit igitur sic purgatio: Musculi, qui dũ ad suam originem retrahuntur, tenduntur, cõprimentes humores iam coctos, & digestione secretos, eiiciunt. Itaque expellente natura, & attrahente cathartico, apertis antè per præparationem meatibus, fit facilè purgatio: quæ absque præparatione ægerrimè procederet: quod capite vndecimo demõstratum fuit. Quoniam verò commoda præparationis antè fuere cõmemorata, de damnis, quæ pharmacum ante præparationem assumptũ sequuntur, nonnulla sunt dicenda. Si igitur moueatur vomitus, corpore non præparato, excitabitur nausea: quam comitabũtur sordes, seu cibo-

Gal. de Facul. natu.

ciborum ſemicoctorum per vomitum eiectiones, & ſingultus excitabuntur. Si aluum ſolueris, non ſpectata humorum præparatione, fiet inteſtinorum tormina. Vtrumuis demum fecerit, fiet ſæpius purgatio tanto dolore, vt aut animi deliquiũ, aut vertigo, aut totius naturæ commotio, ac perturbatio haud dubiè ſequatur. Nauſea eſt conatus virtutis expultricis ventriculi, enitentis, quod eſt ſibi nocuum, pellere. Sordes ſunt, ſemicocti humores, corpori alimenta daturi, vbi fuiſſent concocti: quos virtus expultrix, dum per nauſeam molitur, humores præter naturam ventriculi tunicis impactos eiicere, foras inuita natura detrudit. Tortio eſt, circa vmbilicũ dolor, quem generat crudorum humorum copia: qui venas mezaræi ob-

ſtruunt. Singultus, eſt ventriculi quædam conuulſio, quæ ab inanitione mortem portẽdit. Exolutio, eſt ſpiritus animalis ceſſatio à propriò munere. Vertigo, eſt ſpiritus animalis in gyrum cõtorſio. Conturbatio naturæ, eſt æſtuoſa & vehemẽs ſpiritus vitalis commotio. Quæ ſymptomata fiũt, quòd, dum pharmacum non poteſt id, quod præter naturam eſt educere, quod eſt ſecundum naturam, fundit, atque abſumit.

CAP. XIII.

ILle autem, qui veratrum ſumpturus eſt, antè experiri debet, ſitne ad purgationes, quæ per vomitus fiunt, aptus, quàm elleborum bibat. Quod periculum medicamentis ad ciendos vomitus leuioribus

fieri

fieri oportet. Etenim ſi videatur æger vomitiones non facile ferre, is non priùs ad elleborũ ducendus eſt, quàm ſit ad vomendum diligenter præparatus. Præparabitur autem, tum, ſi repetito ſæpe vomitu, expeditè vomere conſueuerit, tum verò, ſi corpora præhumectata cibo, & otio fuerint.

DVplex eſt, quæ per pharmacũ fit, purgatio: vna, quæ per deiectionem, de qua antè egimus: altera, quę per vomitum fit: de qua hîc inſtituitur oratio. Quando igitur vomitu per elleborũ voluerimus purgare, tunc dabimus operam, vt æger lenioribus pharmacis antè vomere aſſueſcat. Sic enim & æger valentiora, ſi quando illis vti cogatur, ferre aſſueſcet, & nos laboran-

tis vires tutiùs explorabimus. Quamobrem valentiora medicamenta, quum primùm purgare cœperimus, euitanda nobis erũt, niſi morbi ſint extremi, vbi extremis opus eſt remediis. Poſt verò leniorum medicamentorum vſum, obſeruabimus illorum in corpore effecta: pro quorum ratione augebimus, aut diminuemus medicamentorum vires. Quam rem qui negligunt, ij ægris mortis periculum, dum ſeruare cupiunt, plerunque afferunt. Quod enim ſemel deuoratum fuit, id non eſſe ſumptum non poteſt. Itaque tutiùs eſt, à mitioribus medicamentis nõ ſolùm in vomitu, ſed in aluo etiam ſoluẽda incipere, quàm acrioribus ægrum in vitæ diſcrimen adducere. Quibus verò medicamentis, & quo modo vomitoria paranda ſint, id dicetur

Gal. de Cõp. med. ſec. gen.

*

ſuo

suo loco. Iam constat, eum, qui vo
mitu ex veratro purgãdus est, prę-
parationeegere. At quibus præpa-
randus sit, id nõdum emersit. Itaq;
vt ad præparationem alui soluen-
dæ duo necessaria sunt, crassorum
humorum incisio, & meatuũ aper-
tio, sic duo quoq; ad vomitũ con-
citandũ desiderantur, tum eorum,
quæ sunt in veniriculo, emollitio,
tum pectoris vasorũ firmitas. Hãc
efficiet vomendi frequẽtior vsus:
illã vberior humiditas. Nam cùm
exercitationem comitetur motus,
motum calor, calorem siccitas, sic-
citatem durities, duritiem firmi-
tas: restat, vt crebrior vomedi con
suetudo vasorum & naturalium,
& vitalium firmitatẽ adferat. Hu-
miditatem autem efficit cibus per
se, quies per accidens. Etenim cùm
labor siccet, qui absumit humidi-

tatē: quies, quæ non cōſumit, quo-
dammodo humectabit. Cibi humi-
dum aucturi, ſint nec acerbi, nec
acres, nec ſalſi, nec acuti, nec deni-
que vlla vehementi qualitate præ-
diti: quòd hi deſiccent. Ergo non
quantitate, ſed qualitate, cibi æſti-
mandi ſunt ad humectationem
idonei.

Gale. Aphoriſ. 13. lib. 4.

CAP. XIIII.

QVòd verò quies hũectã corpora reddat, hinc facile colligi poteſt, quia labor deſiccat. At nutrimentũ humectat, nō quidem quòd ſit copioſum, ſed quia ſit nec acri, nec ſalſo, nec amaro ſapore. Dedimus & nos aliquãdo ellebo rũ ita præparatũ: Ramuli veratri albi duodecim horis rhaphano infixi manebant. Poſtridie eiectis vera

tri

tri ſurculis, radicula minutim inciſa, & oxymelite macerata, quoque abiiciebatur: oxymeli verò colo transfuſum vomituro offerebatur. Quæ ex elleboro purgatio ſanè imbecilla eſt.

CAuſas, quibus quies & cibus humectant, hîc adfert autor. Itaque ducto argumento à cõtrariis, ſic argumentatur: Exercitatio deſiccat: ergo quies humectat, cùm contrariorum eadem ſit diſciplina. Cibus humectat, qui nullam vehementem qualitatem habet. Nam acerbus, & amarus, quia ſunt ſicci, per ſe: acutus, & ſalſus, quia ſunt calidi, per accidens deſiccãt: tantum abeſt, vt humectẽt. Cæterùm, quãdo vomitum ciere cupimus, non ſolùm corpora purganda præparabimus, (de qua præparatione generali

nerali ſermone priùs egimus, dictu ri particulatim in ſequentibus) ſed medicamentũ etiam purgans præparabimus. Quoniam autem ſeculo Gal. veratri albi ad vomitum vſus erat frequentiſsimus, ob id hoc loco modus veratri præparandi traditur. Aptatur ergo ſic: Sumũtur ellebori albi drachmæ duę: quæ rhaphano infixæ manent horis duodecim: deinde extrahitur veratrum, & rhaphanus conciſus in oxymelitis ſimplicis vnciis octo maceratur horis duodecim. De iure colo transfuſo accipiuntur vnciæ quinq;, & tepidæ dantur. Alij præparandi modi leguntur apud Dioſcor. lib. 4. & apud Paul. Aeg. lib. 7. cap. 21. apud Aëtiũ lib. 3. cap. 24. Oxymel verò eo, quo ſequitur, modo parari ſolet. ℞. mellis optimi ſpuma purgati ℔. j. aceti optimi,

Meſ. antid.

mi, aquæ clariſsimæ, ſingulorum ℔.ſemiſſem: fiat oxymeli, vt ars iubet. Eſt per hæc medicamenta purgatio imbecilla, & quia veratri nõ datur ſubſtantia, & quia radicula vehementem ellebori attrahendi vim frangit.

CAP. XV.

AT verò, quibus anguſtius eſt thorax, & ob id pulmo depreſſus, ij ad quaſcunque purgationes, quæ per vomitum fiunt; tum verò ad eas, quæ per elleborum parantur, ineptiſsimi ſunt. Periculũ enim eſt, ne aliquod vas eorum, quæ ſunt in reſpirationis inſtrumẽtis, ipſo naturæ nixu diſrumpatur.

PEr quæ medicamenta vomitus concitãdus ſit, &, quid ante vomitorij exhibitionem agẽdum ſit,

ſuperiore oratione compræhẽſum eſt. Reſtat, vt qui ſint, qui vomitus ferant, cõmemoretur. Ad vomendum igitur apti ſunt, qui thoracẽ habent latum. In iis enim, etſi natura ad expellẽdos vacuos humores ſummo nitatur conatu, reſpirationis tamen vaſa diſrumpi non poſſunt. Thorax, eſt corporis pars cõpręhẽſa inter diaphragma, & clauiculas. Inſtrumẽta reſpiratiõis ſunt muſculi intercoſtales, pulmo, ſeptũ trãſuerſum, tracheia arteria. Vaſa illorũ ſunt venæ ab hepate, arteriæ à corde ad pulmonẽ, & muſculos intercoſtales aſcendẽtes. Cùm igitur, qui ſunt anguſto pectore, vomitu nõ poſsint ſine periculo purgari, fit vt deiectiõe purgãdi ſint.

Galen. de Reſpir.

CAP. XVI.

Porrò bilis flaua per ſuperiora, niſi fortè per ſuperiora de-

fluxe

inferiora.

fluxerit: contrà pituitosus humor, nisi in ventriculo resideat, per inferiora educendus est. At melancholicus humor, cuicunque loco adhæserit, semper deorsum detrudendus est. De indicatione purgationis, quæ à temporis ratione sumitur, sic in Aphorismis scriptum reliquit Hippocrates, æstate superiores, hyeme inferiores ventres medicamentis mouere oportet.

AD indicationem vomitus cien di, quę sumitur à corporis partium cōstitutione, additur ea, quæ desumpta est à natura humorum, ac ea, quam dat anni pars. Itaque cùm æstas calida, & sicca bilem augeat, & auctam solis calore nos ambientis sursum tollat, & sublata bi-

lis

lis ad os ventriculi expultricem facultatē irritet: idcirco vomitu est eiicienda. Nam quò natura vergit, eò ducere expedit. Adde, quòd cū bilis sua leuitate sursum facilè feratur, & tenuitate per œsophagum facilè fluat, sua acrimonia læsura, si deorsum detrudatur, intestina, minori damno per superiora educetur. Rursus pituita frigiditate, & humiditate hyemi conueniens, hyberno tempore aucta sua grauitate deorsum tendit: suáq; leuitate, sine exulceratione intestinorum per deiectionem euacuatur. Ergo bilis vomitu, phlegma deiectione educi debet: nisi fortè pituita ventriculum, bilis intestina occupet. At melancholia semper per deiectionē educetur, cùm eò vergat.

CAP.

CAP. XVII.

AT vt distinctæ anni partes distinguunt purgationis modos, sic varietas regionis, ætatis, aëris, consuetudinis, varias purgandi formas efficiunt. Siquidem qui vomitui assuetus est, is facilè fert per vomitum superiora purgationes. At non assuetus, præsertim elleboro, magna molestia per vomitum purgatur.

ANni pars, humoris natura, medicamentum præscribendum priùs indicarunt. Hîc verò ætas, consuetudo, regio, eligendi medicamenti indicationem præstant. Quamobrem ætas media, regio calida, diutina vomendi consuetudo, purgationem per vomitum fieri oportere indicant. Contrà, ætas iuuenilis, longa deiiciendi

consuetudo, hyems, regio frigida, per secessum purgãdum esse ostendunt. Cõsuetudinem magnam vim habere in medicamẽto eligendo, id testatur, quòd cibus sua natura deterior, vsu fit eo vtilior: qui etsi suo temperamento nobis conueniat, nullo tamẽ vsu sit nobis familiaris. Accedit & illud, quòd lõgo vomendi vsu membra & naturalia, & vitalia euadunt fortiora. Quam rem probant etiam cætera membra, quæ vt maximè sunt exercitata, ita plurimùm viribus valẽt. Sic agricolæ brachiis, palæstritæ tibiis, denique quisque ea corporis parte plurimùm valet, quã diutissimè exercuit. Quòd si natura iis, quibus assueta est, plurimùm gaudeat, ad cõsuetudinem quisq;, modò nihil grauius impediat, reducendus erit. Itaque indicatione

Gale. Aphor. 49. lib. 2.

Gal. li. 8. capitu. 9. Method.

sump-

sumpta à consuetudine, regione, ætate, eligenda est purgationis forma.

CAP. XVIII.

NEc morbi genus negligẽdum est. In leucophlegmatia enim medicamento, quod pituitam trahat, agimus primùm per inferiora, deinde per superiora, postremò per apophlegmatismos, purgationes molientes. Cùm enim, quod abundat, per vniuersum corpus sit diffusum, omnes tẽtabimus euacuationes. Sed tamen in ascite medicamento aquæ ducendæ idoneo agemus. Iterum educente bilem flauam medicamento, nunc per superiora, nunc per inferiora, nunc per vrinas, nunc per palatum, nunc de-

nique per nares curare ſolemus. At vbi atra bilis abundat vt in cancro, elephante, melancholia morbo, nigram bilẽ purgãtia pharmaca exhibemus. Poſtremò morbo comitiali pituitoſos humores euacuante cathartico medemur.

IN ſuperioribus eligebamus medicamentum ſumpta indicatione à corporis conſtitutione à temporis ratione, à regione, à conſuetudine, & ab ætate. Nunc verò ab humoris corrupti forma non modò eligimus medicamẽti ſpeciem, ſed eo etiam vtendi modum. Si igitur anaſarca inuaſerit, pituitã educemus primò deiectione, deinde per vomitum, poſtremò per vrinas, & ſudores. Itémq;, ſi ſeroſum excremẽtum ſub epigaſtrio ſentiatur,

tur, vnde naſcitur aſcites, per ea, quæ pituitam ſalſam educunt, purgabimus deiectione, apophlegmatiſmo, errhino, & vrinam cientibus. At ſi atra bilis infeſtet, per melanagogum ſoluemus aluum. Denique tale purgans præſcribemus, quale humoris corruptio exigere videbitur. Quibus autem medicamentis, & qua forma parari debeāt cathartica, vomitoria, apophlegmatiſmi, errhina, id ſuo dicetur loco. Anaſarca fit pituita alba per vniuerſum corpus ſparſa. Aſcites efficitur, ſeroſo excremento collecto inter peritonæum, & inteſtina. Icterus verò flaua bile per vniuerſum corpus ſparſa. Morbus comitialis pituitoſo humore, aut fuliginoſo vapore cerebri ventres obturante. De quo & antè diximus.

CAP. XIX.

MOrbi ergo natura nõ ſolùm humorẽ, qui euacuari debet, ſed tocũ etiam, per quem is educendus ſit, apertè indicat. Sic iis, quibus eſt iecur phlegmone obſeſſum, ſi caua hepatis morbus occupet, humores vbi concocti fuerint, per anum deiicientur. Si verò iecoris gibba affectus teneat, per meatus vrinarios facienda erit euacuatio. Eodem quoque modo in cæteris affectibus partem affectam, & humorem corruptum, qui morbum efficit, diligenter animaduertemus. Nam hæc & vacuandum humorem, & locum, per quem fieri debet euacuatio, declarant.

Gal. lib. 3. capitul. 1. Method.

CVm vnumquodque magis de ſe, quàm de alio, indicare poſ-

ſi

sit, necesse est, remediorũ inuenic-
dorum indicationem à morbi na-
tura certissimè desumi. Itaque vt
luxata membra se in suum locum
reponenda esse ostendunt, ossa fra-
cta sarcoide quasi ferruminanda,
vulnerata se in cicatricem esse re-
ducenda, sic plethora plus æquo
aucta diminutionem, putredo ma-
gis iusto calefacta sui refrigeratio
nem demõstrant. Ex quo fit, vt sin-
guli morbi singula remedia ostẽ-
dant. Nec certè negligenda est, quę
à partis positione sumitur, indica-
tio: quæ maximè docet, per quæ
medicamenta, & per quam viam,
& quibus medicamentorum for-
mis, fieri debeat euacuatio. Formę
primæ sunt, venæ sectio, & deie-
ctio. Itaque si conuexæ iecoris par
tes phlegmone laborent, per vri-
nas, si cauæ, per aluum deriuando

purgabimus. Sic ſi dextra vteri pars laboret, ſanguis è dextra manu ducendus erit.

CAPVT XX.

His accedit & à temporis occaſione deſumpta indicatio. In principio enim morbi ſeroſa, tenuiáque ſubduces excrementa: Craſſos, & viſcidos humores, pituitam & melancholiam, non priùs, quàm ſint exactè cõcocti, euacuare conaberis. Iam verò & acceſsio purgãdi indicationem dabit. Nam in paroxyſmo vomitu, & in remiſsione per deiectionem, purgare ſanè ſemper nobis commodè licebit.

Akakia Commen. in Gal. ad Glauco. lib. 1.

OCcaſio hîc eſt temporis pars, quæ medicamenti dandi opportunitatem præſtat. Quam efficit præſentia eorum, quæ remedia effla-

efflagitãt, & abſentia eorum, quæ remediorum exhibitionem impediunt. Quanquàm enim id, quod eſt præter naturam, quouis morbi tempore ſui ablationem indicet: omnia tamen auxilia quouis morbi tempore non ſunt opportuna: imò verò plerunque contingit, vt quæ ſint morbi principio pernicioſa, ea ſint in declinatione vtilia. Illud igitur tempus ad medicamentum exhibendum ſit conueniens, in quo eius exhibitionem nihil impedit. Ergo cùm humores tenues ad fluendum parati ſint, nec meatus ſint obſtructi, ſtatim à morbi initio digeſti educi poſſunt. At ſi reſideat alicui parti affixus humor lentus, craſſúſque, & impeditus ſit tranſitus, non antè cathar-ticum dabimus, quàm humor fuerit coctus, extenuatus, inciſus, &

meatus ſic fuerint aperti, vt fluentibus humoribus liberè pateant exitus. Quoniam autem, quò natura vergit, eò ducere expedit, ſit, vt ſequuti naturæ motum, quæ in accelsione ſurſum mouet vomitum in paroxyſmo, in remiſsione verò, qua humores deprimuntur, deiectione purgabimus.

Hipp. Aphor. 21. lib. 1.

CAP. XXI.

QVæ purgatio in acceſsione vomitu, aut ſanguinis per nares fluxu, in remiſsione autem vel per vrinas, vel per deiectionem ſi ſponte fiat, hoc certè nihil erit optatius.

SPontanea purgatio eſt, quæ citra Medici operam, natura noſtrum corpus moderante, & per ſe humorem corruptum expellente, fit. Per quã ſi talia educantur, qualia

Gal. aph. 2. Lib. 4.

ha educi debent, confert, & ægri leuiter ferunt. Quare si dum infestat morbus, sponte naturæ è naribus moderatè effluxerit sanguis, aut ad vomitum moueatur medio criter æger: quũ verò cessarit morbi impetus, aluus laxetur, vel vrinę largius reddantur, sine ægri molestia, hoc sanè optabile erit: quòd significatur natura exonerata corruptis humoribus absq; vllo viscerũ dãno, quod fortè attulisset pharmacum purgationẽ moturũ. Itaq; præstat purgationem fieri naturæ sponte, quàm pharmaci virtute.

CAP. XXII.

Porrò quum per deiectionem purgare voluerimus, cauendũ nobis erit, ne paroxysmi, aut crisis tẽpore catharticum detur. Quando enim naturæ impetu humores tol-

luntur,

lũtur, medicamẽti vi deorſum deiici ſine moleſtia nequeunt.

Aka. cõ. in Gal. ad Glauco. lib. 1.

NAtura non quouis tempore mouetur: imò verò præſcripta, & certa habet tẽpora, quibus mouetur nõ ſolùm ad humores ſecundum naturam cõficiendos, vt inde ſibi paret alimenta, ſed ad humores etiam præter naturam excernendos, & digeſtos expellat, ſeſeq; tam graui ſarcina exoneret. Itaque acceſsio, eſt naturæ motus concitatior: in quo natura humores crudos, qui morbum faciunt, nititur concoquere, coctos digerere, digeſtos expellere. Quo tempore occupata natura coquendo humori, nõ eſt euocanda aut cibi porrectione, aut cathartici. Quare tunc nec cibum, nec medicamentũ dabimus: ſed naturam in morbũ agere ſinemus.

Gale. Aphoriſ. 11. lib. 1.

mus. Crisis, est præceps naturæ aut in melius, aut in peius mutatio. Quæ fit, dum natura humores coctos, & digestos, adhibitis omnibus viribus, summóque nixu, nititur expellere. Qui naturæ conatus si iuuetur lunæ motu, qui dies criticos facit, (quod aliquãdo, si quà fata sinant, demonstrabimus) felicius succedit, & tollet victricia signa natura. Cùm autẽ, luctante natura cum morbo, humores sursum ferantur, si vi purgantis detrudantur, adferetur naturæ, non impunè quidẽ, magna molestia. Nam cùm duorum hostiũ, pharmaci & morbi, viribus sola non possit obsistere, victa cedet. Quamobrem purgationem instituimus in morbi aut augmẽto, aut declinatione: nam in statu morbi, propter symptomatũ vehementiam, ægrum purgatione vex

Gale. Aphoris. 13. lib. 2.

vexare non audemus. Quòd ſi in augmento: poſt coctionem, digeſtionem, præparationem extra paroxyſmum purgabimus. Siverò in declinatione, poſt præparationem, extra paroxyſmum, & poſt criſim imperfectã. Nam poſt criſim perfectam nihil eſt mouendum.

Hipp. Aphoriſ. 22. lib. 1.

CAP. XXIII.

AT verò in iis, qui cœperunt ægrotare, ſi morbi ſint longo tempore duraturi, ſemper humorum cõcoctio expectari debet. Sed ſi morbi ſint acuti, & extremos breui ſint labores habituri, turgentibus humoribus, morbi initio cathartico vti impunè licebit.

DVplex eſt morborum genus. Alij enim ſunt diuturni, qui quadrageſimum diem ſuperãt: alij acuti,

acuti, qui decimoquarto die extrema pericula habent. Qui sunt, febris cōtinua, lethargus, peripneumonia, pleuritis, insania ex ardente flaua bile. Turgēt humores: cùm modò huc, modò illuc concitati, sic per corpus feruntur, vt ægrum quiescere non sinant. Qui, non expectata concoctione, primo morbi quoque die, ne in partem nobilem magno vitæ periculo decumbant, educendi sunt. At qui in parte aliqua corporis impacti, firmatíque sunt, eos priùs, quàm concocti fuerint, nullo medicamēto mouere oportet. Tūc enim habemus naturam adiutricem, quæ post cōcoctionem humores præter naturam, ab iis, qui sunt secundum naturam secernit & secretos expellit. Sícque crises fieri plurimùm contingit. Quæ si perfectæ sint, nihil erit

Hipp. de rat. vict. in morb. acut.

Hipp. Aphor. 20. lib. 4.

Gal. Aphor. 22. lib. 1.

erit purgante tentandum: ſin minùs, ne recidiuæ fiãt, quod criſi relictũ fuit, id cathartico educetur. Sed ſi ante coctionẽ, digeſtionem, & denique præparationem purgare tentemus, humorem quidẽ mouebimus: at motum nõ educemus, niſi colliquato corpore, & fuſis humoribus. Vnde fient tormina, vertigo, aliáque grauiſsima ſymptomata. De quibus antè egimus.

CAP. XXIIII.

CVm verò purgantia medicamenta calida ſint facultate, febris verò refrigerantibus egeat, fit, vt catharticum febricitãtibus, non quidem propter febrẽ, ſed propter cauſam febris, detur: quòd maior naſcatur vtilitas ex corruptorũ humorum, qui febrẽ generant, euacuatio

cuatione, quàm ſit damnum expur-
gantis calore ortum.

CAthartica medicamenta pur-
gant, alia leniendo, alia cõpri-
mendo, alia attrahendo. Quæ po-
ſtrema, cùm ſint poteſtate calida,
dantur febricitantibus, non quidẽ
ratione morbi, ſed illius cauſæ au-
ferendæ gratia. Itaque tertiana la-
borantibus rhabarbarũ tertio gra
du calidum præſcribimus: quod
cùm bilem ſubducat, quæ calorem
excitat, per accidẽs refrigerat. Sed
tamẽ noſtra ætate, quia multa ſunt
purgantia, Hippocratis, & Galeni
ſeculis ignota, aut frigida, aut tem
perata, ideo non modò morbi cau
ſæ ratione, ſed ipſius etiam morbi
gratia, cathartica exhibere poſſu-
mus. At quænã ſunt illa? dices, illa
certè, quæ iam ſunt lippis & tonſo-

ribus nota, manna, caſsia, tamarindi, violæ. Quæ non modò purgando morbi cauſam auferent, ſed cõtrária etiam qualitate febris calorem extinguẽt. Quamobrem non eſt, quòd dubitemus, febre correptis purgantia medicamenta exhibere.

CAP. XXV.

QVæ euacuatio vt fiat, conſiderãdum eſt, ſitne æger purgationi aptus. Qui enim crudis tenacibúſque humoribus, abundant, & cibis coctu difficilibus vtũtur, ij purgationibus planè ſunt inepti. Ad hæc, quibus præcordia ſunt ve- tumida, vel phlegmone obſeſſa, ij a purgantibus abſtineãt. Hæc igitur abeſſe, humores autẽ fluidos, meatúſque corporis apertos fuiſſe ne-

ceſſe

ceſſe eſt, ſi purgationē ſine damno fore ſperamus.

CVm contrariorum eadem eſt diſciplina, is, qui ſint, qui purgationē ferant, planè ſciet, cui perſpectum erit qui à purgantibus arceantur. Itaque pueri, ſenes ætatis decrepitę, grauidę mulieres, ij quibus humor crudus collectus eſt in ventriculo, qui alui profluuio laborant, qui crudis humoribus toto corpore abundant, qui viſcerū inflammatiōe, qui præcordiorum tumore, qui cauſo, qui nimia obeſitate, qui gracilitate nimia laborant, qui habent meatus corporis clauſos, quibus hypochondria flatibus ſunt diſtēta, qui cibis veſcuntur craſsis, & lentis, qui habitāt in regione extremè calida, aut frigida, qui ſunt imbecillis viribus, ij

omnes purgantia medicamẽta, niſi valde clementia, non ferunt. Reliqui, quum cacochymia laborant, purgationi ſunt apti. Præcordia ſunt (etſi Plinio dicãtur diaphragma eſſe) hypochondria.

CAP. XXVI.

VErũ in morbis acutis, in quibus, quum humores turgent, vtimur purgatione primo, aut ſecũdo, aut tertio die, præparandis humoribus tempus nõ conceditur: niſi dederis morbi initio mulſam, in qua ſint decocta hyſſopus, origanum, pulegium, tragoriganum. Itaque quoniam humores rarò turgent, nec daturtur tempus præparãdis humoribus, idcirco rarò initio horũ morborum purgantibus medicamẽtis vtemur. Turgent autem humores, quũ è loco

ad

ad locum frequenter mouentur, ægrum tanto dolore afficientes, vt vix is quiescere poßit. Quos primo quoque tempore nõ expectata præparatione humorũ, aut corporum, purgabimus.

QVi sint morbi acuti, antè cõpræhensum fuit. Cur autẽ in illis rarò aluum subducamus, duæ sunt causæ: tum, quia non ita sæpe turgent humores, tum quia nec coquendis humoribus, nec præparãdis corporibus datur aliud tẽpus, quàm morbi principium: quo melicratum, in quo sit pulegium, aut aliud quoduis aperiens, & abstergens decoctum, dari liceat. Purgamus autem primis diebus, quia morbus acutus citò extremos habet labores, quarto, inquã, aut septimo, aut decimoquarto die. Me-

violarũ, 85 capit. ven. ✗ In ventri. culo. syr. acetosæ, mirtilorum, citoniorũ, agrestæ, de suc. acetosæ. Aquæ lactucæ, acetosæ, cicorij, plantag. rosarũ. ✗ In iecore. syr. de suc. coendiuiæ, de cicorea cum et sinirabar baro, acetosæ, de bizantijs. Aquæ endiuiæ, acetosæ, cicorij, portulacæ. ✗ In lienc. syr. violarum, acetosæ, duaradic.

licratum sic paratur: ℞. aquæ clarissimæ partes sex, mellis optimi partem vnam: coquantur: fiat melicratum.

CAP. XXVII.

Porrò humores, qui parti alicui adfixi hærent, nec cathartico, nec alio quouis medicamento, nisi vbi concocti fuerint, mouere conuenit. Quo tempore purganti medicamento ad euacuationem perficiendam natura opē adfert. Quæ dum, quod est præter naturam, secernere, & quod fuit secretum, expellere nititur, cum morbo certat: quam pugnam crisim vocant. Quòd si natura per se vicerit, & abundè satis purgauerit, nihil opus erit cathartico. At si imbecilla natura

purga

purgationem quidem inceperit, ſed inceptam non abſoluerit, tunc ſanè iuuandus erit purgante aliquo eius conatus. Cùm verò humores in parte aliqua plurimũ reſideant, in qua tantiſper latent, dum planè cocti, & à natura victi fuerint, fit, vt nõ ita ſæpe turgeant.

IN acutis morbis, ſi materia ad exeretionem ſui naturam irritet, non expectata morbi maturatione, purgandum eſſe, ſuperiore ſermone admoniti fuimus. Nunc autem docemur, humores, qui parti alicui hærent, nõ antè eſſe cathartico dimouẽdos, quàm ſint ad expulſionem præparati. Quæ enim matura, coctáque ſunt, ea mouere oportet. Quare cùm frequentiùs humores infarcti partibus ſint, ſæpius quoque poſt maturationẽ al-

uum cathartico ſubducemus. Cur autem tutò cocti humores educantur, qui crudi, non ſine magno dolore, & periculo attrahebantur: cùm antè fuerit abũde ſatis demonſtratum, hîc non eſt opus longiore demonſtratione.

CAP. XXVIII.

ITaque modò *febris non ſit vehementior, & perſpecta ſit tibi ægri natura, (alij enim leuiore medicamento mouentur, alij contrà acriore egent cathartico) tunc aut veratro nigro, aut hiera intrepidè purgauti poteris. Quæ etſi vario modo paretur, tamẽ ſi cum elleboro, & ſine ſcammonio conficiatur, ea ſoluendæ aluo nihil erit commodius. Sed ſi febris ſit vehemens, & morbus acutus, præſertim quum non habes*

ægri

ægri naturam tibi planè perſpectã: tunc à purgante prorſus cauero.

IN febre ardente, in qua ægri præcordia ſunt magno æſtu obſeſſa, purgantibus vtendũ non eſt. Nam cùm purgãtia ſint calida, & febris ſit calor cordis præter naturam, calor medicamenti additus calori febris, tantus fit, vt calorem naturalem extinguat. Hæc certè fieri poterãt tempore Gale. quo omnia purgantia erant calida. At noſtro ſeculo lõgè ſecus ſe res habet, cùm habeamus cathartica, quæ tantùm abeſt, vt ſint calida, vt ſint frigida. Ex quo fit, vt quamuis febris ſit calidiſsima, poſsimus tamen, (modò nihil aliud impediat) tutiſsimè purgare. Cognita natura non parum facit ad rectè inſtituendam purgationem, quòd quædam ſint homi-

num naturæ, quæ acri, quædã con
trà, quæ leni cathartico egeãt. Hie
ram picram commendat Gal. qua
frequentiſsimè vtebatur. Paratur
autẽ variis modis. Ex quibus duos
deſcribemus. ℞. trixaginis, piperis
longi, piperis albi, ſtœchados, ve-
ratri nigri, ſcammonij, ſpicę nar-
di, ſcillæ aſſatæ, epithymi aã. 3. 6.
myrrhæ, croci, guttæ hammonia-
ci thymiamatis, euphorbij ſingu-
lorum 3. 8. cum melle excipiantur.
Alio modo. ℞. ſcillæ aſſatæ, ham-
moniaci thymiamatis, ſcãmonij,
corticis ellebori nigri, ſingulorũ
drach. 16. ſtœchados, hyperici, epi
thymi, ſucci polypodij, bdellij, a-
loës, chamædryos, caſsiæ ſingulo-
rum drach. 8. myrrhæ Troglody-
ticæ, ſagapeni, croci, ariſtolochię,
piperis albi, piperis nigri, piperis
longi, cinnamomi, opopanacis, ca
ſtorij,

ſtorij, petroſelini ſingulorũ drach. 4. pulpæ colocynthidos drach. 8. mellis quod ſufficit. Dentur dra. 3 cum melicrato. Scammonium auferri vult Gale. quia cùm ſit calidũ tertio gradu, auget febris calorem. Elleborum ſeculo Gal. catharticũ fuit celebratiſsimum, propterea quòd carebat eius ętas mitioribus purgantibus. At noſtra ætas, quæ longè mitiora habet purgantia, febricitantes ad elleborum non deducet: ſed multò mitioribus, & naturæ magis amicis aget.

CAP. XXIX.

QVum primùm verò aſſumptum fuerit catharticum, erit è re ægri, inquit Hippocrates, ptiſanæ cremorem ſubinde ſorbere. Sic enim purgans medicamentum, alioqui ſua paruitate eò non pro-

greſſu

greſſurum, in ventriculi fundum delabetur. Huc accedit & illud, quòd ptiſana ſuperbibita, ſi quid aut ſubſtantiæ, aut qualitatis pharmaci, in ipſo trāſitu, ſtomacho, & ventriculi ori adhæſerit, i adbſterget, & corriget. At vbi purgatio fieri incipit, ne purgantis actio impediatur, à ptiſana abſtinendum eſſe, cenſet idem Hippocrates.

QVi ſint purgandi, quo tempore facienda ſit purgatio, & quibus medicamentis purgare debeamus, ſuperiore ſermone docuit Gale. addidítque, quid ante purgationem ſit faciendum. Reliquum eſt, vt de iis, quæ poſt cathartici ſumptionem fieri debeant, dicatur. Sic enim de purgandi ratione abſoluta erit vniuerſalis doctri-

na.

na. Itaque poſtquam abſumptum fuerit pharmacū, ptiſanæ cremor ſorbendus eſt, ea quidem quantitate, qua æger (modò rationi conſuetudo non repugnet) vti conſueuerat. Quę duas ob cauſas fieri debet: partim vt œſophagus, ventriculíque os eo damno liberentur, quo tum pharmaci qualitatis acrimonia, tum ſubſtantiæ aſperitate fuerant affecta: partim vt cathartícum, quod hærebat in ventriculi ore, nec ob ſuæ quantitatis paucitatem in fundum deſcendere poterat, deorſum detrudatur. Appellat hanc ſorbitionem noſtra ætas lotoriū. Quod datur vna hora poſt ſumptionē pharmaci ex cicerum rubeorum leuiter coctorum iuſculo, cùm ſeculis Gal. & Hipp. daretur ſtatim poſt ſorbitionem pharmaci ex ptiſana. Quum incipit fie-

ri purgatio, non dandum est lotorium, ne natura euocata ad ptisanæ conficiendam ab humorum expulsione desistat, sicque purgatio cesset. Cremor ptisanæ est ius, quod ex hordeo decocto per colũ transfunditur. Ptisana duplex est: vna, in qua substantia hordei non est separata à iure: altera, in qua ius colo transiectum seiunctum est à substantia hordei. Paratur sic: ℞. hordei optimi ℔. S. aquæ fontis purissimæ ℔. x. coquãtur flamma ignis clarissima ad cõsumptionem medię partis. Cocta & colo transmissa vsui seruetur.

CAP. XXX.

Accidit autem aliquando, vt aluus, etsi assumptũ fuerit purgans, nihil tamen reddat. Quod fit, aut quia ægri venter suã natura facilè

facilè ſolui nequit, aut quia purgãs eſt debile: aut quoniam alui excrementa, quæ ante purgantis exhibitionem clyſtere emollienda erant, nimia ſiccitate obdurata, rectum inteſtinum obſtruunt: aut quia natura per vrinas ſeſe exonerat: aut quia medicamentum in alimentum mutatur: aut denique, quòd purgãs in veneni naturam tranſiit.

SI catharticũ nihil eduxerit, huius rei cauſa erit vel ægri diſpoſitio, vel medicamenti natura, vel ſymptoma, quod accidit egro poſt aſſumptionem purgantis. Aegri diſpoſitio efficit, quò minùs fiat humorum euacuatio, aut quia virtus eſt debilior, quàm vt poſsit expellere: aut quoniã humor non eſt coctus, nec digeſtus: aut quòd meatus

tus corporis non ſunt aperti: aut quia flatus vaporoſus medicamentum ſubleuans, impedit quò minùs natura vim cathartici in actũ adducere poſsit: aut quòd alui excrementa ſunt dura. Itaq; confirmãda erit optimis alimẽtis natura, vapores diſcutiendi, pori aperiẽdi, humor & corpus præparanda. Si autẽ medicamentũ ſit in cauſa impeditę purgationis, id accidit, quia medicamenti vis deleteria naturam vincit. Erit igitur ſtatim vomitu, aut clyſtere foràs educendum pharmacum. Aut fit, quia catharticum debile à natura ſuperatum, in alimentum vertitur. Ergo eius vis augenda eſt, addita maiore copia, aut acriore aliquo admiſto. Porrò ſymptomata, quę medicamenti actionem impediunt, ſunt criſis, & ſomnus. Nam dũ criſi natura humo-

res

res ſurſum tollit, purgãs deorſum deprimere non poteſt. Quòd ſi acriora pharmaca, vt lathyris, ſcãmonium, elleborum, mezereũ, daphnoides, in venena degenerẽt, neceſſe certè erit cum illis miſcere mitiora medicamenta, quæ illorum malitiam corrigant. Rurſus ſi leuiora, vt myrobalani, manna, caſſia, in alimentum vertãtur, opus erit acrioribus, quæ eorum obtuſitatem acuent. Quamobrem neceſſe eſt antequàm purgãs medicamẽtum id præſtet, quod ſperamus, vt ſit nec acrius, nec mitius, quàm natura ægri poſtulat. Quoniam verò omnes non percipiunt eadem medicamẽta pari ſenſu, (alij enim propter ſenſus corporis hebetudinem leuiora contemnunt, & vix acriora ſentiunt: rurſus alij ob corporis natiuam mollitiem, meatuum laxi-

tatem, cedentis denique humoris promptitudinem, ea sunt sensus acie, vt medicamẽta etiam lenissima sentiant, debilibus moueantur, & mediocribus facilè cedant.) idcirco, vt ęgri natura exploretur, prudenti medico à mitioribus cathar ticis erit incipiendum. Præterea si velimus purgationem nobis ex animi sententia succedere, sint corporis meatus aperti, humores cocti, digesti, incisi, & tenues facti: æger sit firmis viribus, vegeta expultrice. Postremò absint accidẽtia, quę efficere possunt, quo minùs p aluũ humores deiiciantur, somnus, crisis, cibus intempestus, quies longior. Quib⁹ verò auxiliis illa, quæ agẽda esse diximus, effici possint, docuit in suis Canonibus Mesues, & nos sequenti sermone breuiter dicemus.

Hippo. de rat. vict. in morb. acut.

CAP.

AT verò, quoniam omnia purgantia medicamenta ventriculum, & maximè ipsius os (quod cùm sit nervosum, facilè sentit) lædunt: ideo mistio aromatum, & odoriferorum adinuēta fuit, ne syncera pharmacorum vis vētriculi os offenderet. Danda autem opera est vt quæ miscentur semina sint extenuante atque incidente facultate, quæ lentos humores ita incidat, crassos extenuet, atque meatus, per quos educendus est humor, reseret: vt non solùm pharmacorū vim deleteriam corrigere, sed illorum etiā actionem iuuare aptissimè possit.

QVum ægrum curamus, duo nobis proponimus: eiꝰ, quod

est secundum naturam, conseruationem: & eius, quod est præter naturam, expulsionem. Itaque catharticum duobus constat: purgante, quod primò & per se cum morbo pugnat: cui etiã ex diametro opponitur, id quod basin vocamus: & corrigente, quod dum pharmaci qualitates nostræ naturæ cõtrarias emendat, id quod secundum naturam est, conseruat: idcirco id appellatur, per quod melius medicamentum agit. Sed catharticum nostræ naturę aduersatur aut propria qualitate: vt scãmonium cordi, cantharides vesicę: aut odore, & sapore ingratis: quibus plerunque subuertitur ventriculus. Cùm igitur de basi medicamẽtorũ vniuersali oratione differuerimus, de iis quæ prędedũt, & iis quæ sequũtur, acturi particulari sermone: reliquum

liquum est, vt de illis, per quæ meliùs purgãs agit, iam hîc dicamus. Hæc ergo sunt, tum quæ pharmaci, ἀντιπαθείαν, & nostræ naturæ inimicã proprietatẽ emendãt, vt seseli peplij, mastiche, colocynthidos tum quæ saporem reddũt, vt oxymel scilliticum agarici: & odorem suauiorem faciunt, vt spica nardi serapeni: postremò quæ meatus aperiunt, & ad partes dissimilares deducunt, vt cinnamomum rhabar. ad caput. At quę sua ἀντιπαθείᾳ, atque συμπαθείᾳ, purgantium vires iuuent, docebunt catalogi sequentes.

amigd. a. mararũ, scorpionũ.

Vnguenta repellentia frigida. Populeum infrigidans galeni, sãtalinum, debolo. Calida valente digerẽtia. Aregon, martiatũ, agripæ, dialtea, demelilo to, alabastrinum.

CAP. XXXII.

SEd oportet, vt quæ miscentur cathartica, ita inter se consentiant, vt in nullo sibi inuicem planè dissentiant.

Mlſcemus purgatia medicamenta, primùm, vt ex duobus extremis per ſe morbo curando ineptis, quorum vnum eſt lenius, alterum acrius, fiat vnũ temperatum, & noſtro inſtituto aptiſsimũ. Itaque quemadmodum in muſicis ex graui, & acuto ſonis, per ſe auditui noſtro ingratis, vbi inter ſe coaluerint, concinitur harmonia noſtris auribus ſuauiſsima: ſic ex duobus medicamẽtis per ſe morbo expellendo ineptis, cõficitur vnum, quod nobis ſatisfacit: vt ex epithymo nimis imbecillo, & elleboro nigro nimium acri ad melancholiam: ex cnici grano debiliore, & ſcammonio vehemẽtiore ad pituitam: ex rhabarbaro remiſſo & diagredio intenſo ad flauã bilem educendam, confeiuntur conuenientiſsima cathartica, dum alterũ alterius

rius vires tẽperat. Deinde, vt vnius penuriam alterius copia pensemus, cathartica miscemus. Sic quod ex manna deest, id ex cassia ad bilem flauam educendã sarcitur. Postremò cathartica inter se miscẽtur, vt humores diuersi propriis catharticis diuersis temporibus educãtur. Itaque in catholico, per quod tres humores differentes inter se diuersis temporibus educuntur, catharticis simul datis, miscemus tria purgantia, quæ agendi in humorẽ velocitate atque tarditate inter se ita dissentiũt, vt diuersis temporibus quodque suum trahat humorem. Primùm enim sena, vt est velocissimæ actionis, ita primo quoque tempore melancholiam, etsi ad motum tardissimam, educit. Rursus polypodiũ, vt tardissimè agit, ita postremo tempore pituitã trahit.

Oleum magistrale pro vulneribus. 348. Oleum aparitij. 349. Oleum balsami. 354. Vng^m. basilicum Guidonis. 361. Ant. Musa, in axa. elect. Vng^m. gumi clemi. 361. Vng^m. plumbeũ. 363. Vng^m. ex minio. ibid. litargiros. 364. Medicamentum fectionis. 365. ex calce. ibid.

At caſsia, & tamarindi, quòd tem perata ſint tarditate & velocitate actionis, nec primo, nec poſtremo, ſed intermedio tempore, flauam bilem eiiciũt. Quonam igitur modo cõueniunt cathartica, quæ miſcentur, ſi vnum ſit lene, & alterum acre, hoc tardę actionis, illud velocis, ſi denique cõtrariis qualitatibus inter ſe pugnent? Eo certe modo, quo in alimentis ea ſibi cõſentiunt, quorum vnum eſt æquo dulcius, alterũ iuſto ſalſius. Quæ, etſi per ſe, & ſeparata inter ſe diſſentiant, atque guſtui ſint ingrata: tamen miſta ad alimentum cõuenientia, & guſtui gratiſsima fiunt. Itaq; purgantia, quanquam ſeiuncta, & ſingula per ſe inſpecta diſſentiant, tamen coniuncta decenti ratione, ad medicamentum cõſpirant, atq; inuicem cõueniunt. Ex quo fit, vt,

quæ

quæ ſeparata qualitatibus conueniunt, ea coniuncta diſconueniãt. Sic ſcammonium, & lathyris tertio gradu calida, nunquam in cathartico ſimul ponentur. Contrà, quæ ſeiuncta diſcordant, connexa conſonant: vt ſcammonium calidum, & pruna frigida, in diaprunno ſoluatiuo. Quamobrem medicamenta, etſi ante compoſitionem diſcordent, atque contrariis qualitatibus inter ſe pugnent, compoſitum ingreſſa conuenire inter ſe, & in nullo diſsidere debẽt. Quod fiet, quum ex duobus aut pluribus purgantibus inter ſe, antequam ſimul iungantur, diuerſis vel cõtrariis, fiet vnum, quod ſit & ad morbum expellendum, & ad naturam cõſeruandam aptiſsimum. Quam conuenientiam in catharticis coniungendis hîc deſiderat Gal.

CAP. XXXIII.

POrrò cur purgantia medicamenta ſimplicia inter ſe commiſceantur, & compoſitum conſtituant, cauſa certe non eſt, quòd hoc quidem cholerã, illud verò, ſi opus ſit, pituitam, educat. Eſt enim vnũ, idémque ſimplex catharticũ, quod non modò bilem flauã, ſed phlegma etiam ſimul euacuet. Quænam igitur diuerſorum catharticorũ compoſitiõis cauſa eſt? Hæc ſine dubio, quòd hoc paulò pòſt, quàm aſſumptum eſt, illud verò longè poſt ſui aſſumptionem purgare poſſit. Sic enim per ea, quæ ſimul ſumpta fuere, dum purgantia ita partiũtur vices, vt vno à purgatione ceſſante, alterum purgare incipiat, fit tem-

perata, & naturæ amica ſucceſſiua purgatio.

ETſi multæ ſint compoſitionis medicamentorũ cauſæ, de quibus antè diſſeruimus, vna tamẽ hîc à Gal. ponitur, ſumpta à mediocri purgatione, quæ naturam conſeruat. Miſcebimus igitur cathartica, quæ dum viciſsim purgãt, mediocrem, atque temperatam purgationem faciunt. Illa autem ſunt, quorum vnum velociter, alterum verò tardè purgationẽ mouet. Sic enim, vbi vnius humoris facta fuit euacuatio, alter incipit humor euacuari. Per quam viciſsitudinẽ fiet mediocris, & naturę amica purgatio: quæ, ſi duo eodẽ temporis momento purgantia in compoſitione coaluiſſent, propterea, quòd vires demoliretur, fuiſſet infeſtiſsima.

Quem

Hipp. de interio. mal.

Quemadmodum enim in empyis, ſi facta vſtione, aut inciſione, fiat repetina vniuerſi puris euacuatio, ſubinde ſequitur febris, & paulò pòſt mors: itémque in plethora ſi confertim educatur ſanguis, eger, niſi ſint validiſsimæ vires, periculo non vacat: nec hydrops aquæ vniuerſim, & repentè factam euacuationem ſine vitæ periculo fert: at, ſi in ſuppuratis paulatim, & per interualla euacuetur pus, in plethoricis extrahatur ſanguis, in hydropicis interpellata aquæ extractione euacuatio fiat, omnia ex animi ſententia nobis ſunt ſucceſſura: Sic in cacochymia, ſi quis plurimum repentè vacuet, is ſine dubio naturam, quæ repetinas ab extremo ad extremum ſine medio mutationes abſque magno damno ferre nõ poteſt, ita deiiciet, vt proſtrata, viribúſque

Hipp. Aphor. 27. lib. 6.

Gal. Aphoriſ. 3. lib. 1.

búſque defecta nunquam ſeſe erigat: imò verò veluti manus victas tradere coacta, morbo cedet. Quod neceſſario fieret, ſi duo humores ſimul educerentur. At ſi per interualla ſic fiat purgatio, vt vnius humoris ceſſante fluxu, alterius fieri incipiat euacuatio, natura ſuis viribus vſa, quòd ſit exonerata, & nondum debilitata, cũ morbo adeò ſtrenuè pugnabit, vt victrix facilè euadat. Itaq; vt cathar ticum duos humores eodem tempore educens, quòd confertam, & repentinam euacuationem, quã natura non patitur, efficiat, eſt periculoſum, vtpote ex diſſentaneis cõpoſitũ, (cum humoribus enim educitur multũ ſpiritus vitalis) ſic purgans medicamentum, quod paulatim, & ea viciſſitudine, vt vna deſinẽte euacuatione, altera incipiat,

educ

educit, planè periculo vacat. Harum certè purgationum vicissitudines viderunt maiores nostri, magnas confectiones moliti. Qui in diaphœnico, per quod volebant educere primùm pituitam, deinde bilem, ad vncias octodecim turbethi addidere vncias tantùm duodecim scāmonij. Quod non alia profectò ratione fecerūt, quàm vt scāmonij virtus imbecillior, bilē eductura tardius ageret, quàm turbethi facultas pituitā attractura. Sic igitur temperarunt ex iis duobus compositum, vt quum primùm desinit phlegma euacuari, tū demum incipiat flaua bilis educi. Quæ purgandi vicissitudo purgātium medicamentorum compositionis necessitatem attulit. Nec enim cogimur diuersis humoribus educendis diuersa cathartica adhibere,

cùm

cùm sit vnũ idémque simplex purgãs, quod diuersos humores simul educat. Si enim elleborus niger solus & pituitam, & bilem eodẽ tempore educat, nihil opus esse, scammonium, & turbethũ diuersa medicamenta cõiungere ad diuersos humores educendos, iam quis non videt? Itaque humorum diuersitas purgantium diuersorum compositionis nõ fuit sola causa: imo verò addita est, quæ maximam vim habet, purgatiõis vicissitudo. Quòd si quis dicat, Gal. voluisse, cathartica, quę compositum constituunt inter se conuenire: atqui, quæ tardè, & quæ velociter agunt, nõ conueniunt: quod hæc vox στάσις videtur probare, quæ idẽ, quod dissensio Latinè sonat: huic ego sic respõsum esse volo: στάσις etsi aliquando idem, quod discordia sonet, tamen pleru

Acidum infrigidat, penetrat, aperit, incidit, diuis Diosc. lib. 4. cap. 13. si, tenuat, inspissat, asperat, abstergit, extinguit, cito medio criteragit, et præmit acutum, insipidum autem et dulce roborat illud.

Roburo doriferum partibus principibus addit, spiritus instaurat, animi letitiam adducit.

Actiones sine opera medicamentorum.

Cap. 5. de Crisib.

plerunque apud Gal. & alios probatiſsimos autores idem, quod cõ poſitio, Latinè ſonat. Quo ſignificato, atque intellectu à Gal. hîc accipi is intelliget, qui ſequentia verba cum præcedentibus aptè cõiunget. Conuenire autem vult Gal. cathartica, quæ miſcentur, medicamenta, non quidẽ quòd omnia cõiuncta eadem purgandi celeritate prædita, eodem tempore humores, quodque ſuum, attrahãt, & expellant. Sic enim ineptę eſſent ferè omnes maiorũ compoſitiones, in quibus permiſta ſunt purgantia agendi celeritate diuerſa, quas tamẽ lõga experientia comprobatas, magna ſanè hominũ vtilitate, in quotidianos vſus deducimus. Imò verò coniungẽda cathartica inter ſe conſpirare, atque conuenire optat Gal. quòd viciſsim agãt. Sic enim

&

& morbum expellent, & naturam conſeruabũt. At non eſt, quòd huc adferatur noſtri temporis agendi conſuetudo: quæ ne in hemitritęo quidem hanc medendi rationẽ obſeruat: quoniam Galenũ, qui non cõſuetudinem, ſed artem tradebat, non quæ fieri ſolent, ſed quæ fieri deberent, ſcripſiſſe conſtat. Quęnam ſunt igitur, quę tardè humores mouent? Turpethum, aloë, rhabarbarum, ben, cucumer agreſtis, centaureum, carthamus, agaricũ, hermodactylus, polypodiũ, caſsia, manna, tamarindi. Reliqua verò celeriter agũt. Hactenus Galenus summatim, & generali ſermone docuit, qui ſint, quibus purgãtia medicamenta vllo ſine periculo dari poſſunt: quo tempore cathartica exhiberi debeant: deniq; quę quibus morbis remedia adhiberi de-

H iij

Gal. li. 9. Method. beant. At verò, quoniã vniuersalis doctrina agẽti, qui à particularib⁹ incipit, nõ satisfacit: idcirco quod ille generatim scripsit, qui artẽ docuit, id nos, qui vsum quærimus, particulatim persequamur. Itaque qui sint, qui purgationem ferant, quod tẽpus sit euacuatiõibus aptũ, quibus medicamẽtis sit medendi, circunscripta oratione, iis quę sequuntur, exponere enitemur.

Correctio Eorũ, qui sine periculo cathartica possunt assumere, particularis enarratio.

CAP. XXXIIII.

QVi sint, quibus purgantia dari possunt, tum demum patebit, quum quibus purgantia dari nõ debent, demonstratũ erit. Sunt igitur duodecim hominum genera, quos attrahente cathartico purgare nõ licet. Nam qui symmetro, ac commoderato sunt corpore, iis

Hipp. Aphor. 37. lib. 2.

aluus

aluus catharticis ſoluenda nõ eſt. Quum enim purgans non inuenit in corpore humores præter naturam, colliquato corpore, ea quæ ſunt ſecundum naturam, educit. Qui phlegmone interna laborant: ij à purgantibus abſtinere debent. Nam, dum medicamentum cucurbitæ modo ex omnibus corporis partibus ad ſe humores trahit, tantũ abeſt vt interna phlegmone decreſcat, vt multò magis augeſcat. Quibus eſt vitæ ratio intẽperata, iis fruſtra purgationes præſcribũtur. Quantũ enim putredinis purgatio ſubduxerit, tantum corruptionis intemperata victus ratio addiderit. Quibus largo ventres fluxu ſoluuntur, ij purgationes nõ ferunt, quòd periculum ſit, ne tum naturę motu, tum purgantis vi largiore facta purgatione, viribus de

Gal. li. 11 Method. ſtituatur æger. Qui adeò imbeciſlis ſunt viribus, vt eorum ſalus deſperata ſit, ij, cum eorū vita potius alimento ſit confirmanda, quàm purgatione periculo mortis exponenda purgantibus non ſunt exagitandi. Nam præter id, quod nihil proficimus, remedia quæ aliis profuere, & profutura ſunt, infamamus. Quibus ventriculus ſubuertitur, iis cathartica aſſūmenda non porrigimus: ſed vena aperta, ſi vires ferāt, curamus. Fruſtra enim medicamentum aſſumitur, quod aſſumptum reiicitur. Accedit & hoc, quòd natura violēto illo motu debilitatur. Corpora, quæ crudis humoribus abundant, largis purgationibus nō ſunt exhaurienda. Sed paulatim humoribus corruptis potiùs leuanda, & optimis alimentis reficienda. Etenim vehemens

mẽs catharticum crudos, & viſci-
dos humores mouet quidem, ſed
motos non educit. Itaque attrahẽ-
te medicamento, & retinente na-
tura, afficitur æger magna mole-
ſtia. Quòd ſi eos eduxerit purgãs,
cùm bona pars eorum, quæ ſunt in
corpore, ſint præter naturã, copio
ſior fit euacuatio, quàm ægri vires
ferant. Febre laborans ardente, aut
alio quouis morbo acuto, niſi tur
geant humores, purgationi eſt ine-
ptus: tum quia, cùm hic morbus ci
tò extremos habeat labores, nõ dat
inducias, nec ſpatium ad humores
expulſioni præparandos: quare ſi
purgare tẽtes, crudos humores re-
luctante natura, quæ ante concoctionem nihil mouet, euelles: tũ ve
rò, quòd criſes, & naturæ motus
impedies. Itaque nõ purgante ſum
pto, ſed clyſterere iniecto aluus e-

mollienda eſt. Mulieres vtero gerentes non purgantur, niſi materia turgente, inter quartum, & ſeptimum menſem. Ergo primo, ſecundo, tertio, ſeptimo, octauo, & nono purgari nullo modo debēt. Cuius rei cauſa eſt, quòd cathartica ante quartū menſem menſtruū ſanguinē nōdum cōfirmatū diſcutit: & poſt ſextū menſem fœtū iam maturū ſua vi deleteria, & naturæ per turbatione extinguit. Pueri ante decimum quartum annū, quòd in his per inſenſibilem tranſpirationē plurimum ſpiritus euacuetur, & eorum ſubſtantia mollis facilè diſſoluatur: ſenes verò poſt octogeſimum annum, quòd eorum corpus frigidum & ſiccum imbecille ſit, purgantibus non debilitandi. Qui magna in aliquam partem decumbente fluxione laborant. Súntque craſsis

Hipp. Aphor. 1. lib. 4.

Sylvius Method. cōp. med.

Gal. lib. 8. Method.

craſsis & frigidis humoribus pleni, ij non aptè purgantia aſſumunt: quòd humores calore medicamenti fuſi, in partem affectam defluãt. Denique qui ſunt corpore nimis obeſo, aut nimium gracili, quòd illorũ calor natiuus debilis facile extinguatur, ab huiuſmodi pharmacis abhorrent. Reſtat igitur, vt ij ſolũ purgationes ferant, qui ſunt impuris humoribus: ſine interna phlegmone: abſque magna humorum crudorum defluxione: ſine ventris fluxu: qui nauſea non laborant: qui acuto morbo non vexãtur: mulieres ſine fœtu: qui ſunt firmis viribus, integra ætate, corpore quadrato: qui optimo alũtur cibo: qui habent coctos humores. Quid ergo? ſenes, pueri, abundantes crudis humoribus, vtentes praua alimẽto, corpore obeſo, & gra

Gal. lib. 9. Method.

cili, phlegmone laborãtes, aut alia quauis fluxione, grauidę mulieres, qui ſunt viribus imbecillis, omnino purgantibus abſtinebunt? minimè veró. Hi enim omnes, etſi purgantia attrahendo, aut cõprimendo non ferant, iuuantur tamen iis, quæ leniendo aluum ſoluunt. Hæc verò ſunt ptiſana, oxymeli, caſsia, tamarindi, mãna, mulſa, viola, myrobalani. Sic maiores noſtri purgabant puerulos reſina terebinthina, quæ ciceris quantitatem æquaret. Hæc de primo ex tribus propoſitis dicta ſint. Poſthac de ſecundo dicamus.

Fuch. in cõ. Aph. 1. lib. 4.

Pau. Ægin. lib. 1. cap. 7.

Temporum, quibus potiones tutò dari poſſunt, particularis deſcriptio.

CAP. XXXV.

POtionis exhibendæ tempus eligitur ſumpta indicatione à partibus

tibus anni, à partibus diei, à natura humorum morbos efficiẽtium, à tẽporibus morbi, & ſymptomatis. Symptomata, quæ hîc conſiderantur ſunt criſis, & paroxyſmus: in quibus nec cibus, nec medicamẽtum dari debet, propterea quòd natura humori coquendo, & expellendo intẽtæ, à tam neceſſario opere non eſt euocanda ad conficiendum aut alimentũ, aut medicamentum. Tempora autem morbi ſunt principium, ſtatus, & declinatio. In ſtatu potionẽ non dabimus: partim, quia tunc ſymptomata ſunt vehementiſsima: partim quia natura eſt eo tempore ad humorem coquendum maximè occupata. Ergo aut in morbi augmento, aut in declinatione purgabimus. A partibus diei ſumpta indicatione, exhibebitur purgans in aurora, quo tẽ

Hipp. Aphor. 29. lib. 1.

Gal. aph. 29. lib. 2.

pore facta fuit ciborum cõcoctio, atque ſtomacho vacuo, ne medicamentum cibos corrũpat, & ſic putrefactionem augeat: aut vis medicamenti cibis impediatur. Indicatione ſumpta à partibus anni, non purgabimus æſtate, propter nimiã caloris natiui à calore externo diſſolutionem: nec hyeme, ob poros corporis frigiditate clauſos: niſi nos magna cogat neceſsitas. Humores indicant purgandi tempus. Nã, ſi humor ſit planè putrefactus, concoctus, præparatus, ſine mora, cæteris conſentiẽtibus, educendus erit. Si verò ſemiputris, poſt coctionem, ad æſtiuos morbos cauendos vere, ad hyemales verò autumno purgabimus. Sed tamen, quæ dicta fuere, ea intelligi debent, dum humores parti alicui adhæreant, & purgantia attrahendo ſint cathartica

Paul. Aegin. lib. 7. cap. 4.

tica. Nam turgentibus humoribus, & leniendo purgantibus medicamentis, quouis anni tempore, non expectata concoctione, in principio morbi post tamen, accessionem, extra crisim, sto macho vacuo, manè aluum subducemus. Parti autem alicui affixo humore, & plane corrupto, post cōcoctionem, extra paroxysmum, manè ante cibum, tempore æstatis lenientibus medicamentis, aliis autem temporibus vehementioribus medicamentis agemus. Quòd si humor non planè corruptus sit, sed ad corruptionem tendat, autumno ad hybernos, vere ad æstiuos morbos fugiendos, post præparationem, extra accessionē, in diluculo, ante cibum purgabimus. Cur autem ad morborū cautionem potiùs iis anni partibus,

quàm

quàm aliis, dictum fuit capite duo
decimo. De indicatione, quæ ab
aſtris ſumitur, hoc eſt notandum.
Morbi aut ſunt chronici, aut acu-
ti. Si acuti, indicatio ab aſtris pla-
nè negligitur: ne, dum tempus ab
aſtris petitũ expectatur, æger mo-
riatur. Si verò chronici, Lunæ æ-
quatio non eſt negligenda, quòd
quando cum Sole coit, tardiſsimè
moueat, & humidum naturale ab-
ſumat. Quod comprobant carnes
oſtreorum, & medullæ omnium
animalium. Quæ, vt proximè ad
Solem accedit Luna, ita fiunt mi-
nimæ. At coniunctiones, & aſpe-
ctus ad Solem reliquorum ſyderũ,
quanquam aërem mutent, & no-
ſtrum corpus ob id quodammodo
alterent: tamen quoniam plus com-
modi ex cathartico dato naſcitur,
quàm ex ea noſtri corporis altera-
tione,

Ariſtot. Probl.

tione, ideo nec Galenus, nec Hippocrates obſeruarunt, præter coniunctionem Caniculę cum Sole: in qua ob vehementiſsimum æſtum, qui noſtrum corpus diſſoluit, purgationes ex attrahente medicamẽto non ſunt tentandæ. Itaq; eo tempore, aut purgatione planè abſtinebimus, aut lenientibus catharticis eam tunc moliemur. *Aphor. 5. lib. 4.*

Eorum quibus purgamus, per particularia enarratio.

CAP. XXXVI.

QVi ſint purgandi, quo tempore purgatio fieri debeat, iam expoſitũ fuit: reliquum eſt, vt, per quæ purgatio fieri debeat, ſingulatim dicamus. Purgatio igitur eſt vel vniuerſalis, vel particularis. Vniuerſalis eſt venæ ſectio, & deiectio. Particularis clyſter, vomitus, balanus, peſſus, apophlegmatiſmus,

mus, & errhinum. De quibus ſeparatim poſthac dicere ſtatuimus.

De Venæ ſectione.

CAP. XXXVII.

Galen. de miſ. ſang.

IN ſanguinis miſsione conſiderandum eſt, quæ corpora venæ ſectionem ferant: qui affectus eam deſiderent: ex qua parte ducendus ſit ſanguis: quæ venę tũdendæ ſint: quo tempore aperienda ſit vena: quantum ſanguinis ſit detrahendum. Sanguinis igitur euacuationem, temporibus Hippocratis, & Galeni mediocrem, quæ erat libræ vnius, ferunt ij, qui ſunt inter decimumquartum annum, & ſeptuageſimum, ſine humoribus crudis & lentis: qui valent viribus: qui inſignem euacuationem non fuerũt paſsi: qui non ſolent ſyncopen pati: mulieres non gerentes vtero. Reliqua verò hominum genera, etſi

Galen. de ſang. miſ. cõtra Erasiſt.

Fuch. Cõ. Aph. 32. lib. 5.

etsi hanc sanguinis detractionem, qua vsa fuit antiquitas, nō ferant, eā tamē tolerāt, qua nostra ætas vti solet. Hęc vncias octo nō excedit. Phlebotomiā hi affectus desiderār, vt humores auertantur, ac retrahā tur, peripneumonia, pleuritis, angi na, vertigo, epilepsia, apoplexia, po dagra, chiragra, arthritis, hæmor rhois, ex pituita salsa factæ, phleg mone, erysipelas, ossium magnorū luxationes, & fractiōes, fluxus san guinis per nares, per os, per vuluā: cōtusiones musculorū, dolores ca pitis, & oculorū. At vt fiat sangui nis euacuatio, phlebotomia egent causos, & omnes morbi ex reple tione nō cruda orti. Quòd si volu mus euacuare, vena morbo oppo sita secundū rectitudinē fibrarū, & prope locū affectū, erit aperienda. Si verò cupimus tantùm retrahere

Hipp. Aphor. 47. lib. 6.

Gal. de cu. rat. per sang. miss. cap. 9.

longē

longè à loco affecto venam tunde-
mus. Ergo affecto liene aperietur
vena, quæ eſt inter anularē, & me-
dium ſiniſtræ manus digitum: &
ſanguine effluente è dextra nare,
affigantur cucurbitulæ ſub hy-
pochondrio dextro, in pleuritide
dextri lateris, tam ſupra diaphrag-
ma, quàm infra eſt percutienda ve-
na dextri lateris. In pleuritide au-
tem ſiniſtri lateris, quæ eſt ſupra
diaphragma, vena axillaris ſiniſtri
lateris aperietur. Sed ſi ſub dia-
phragmate ſit pleuritis, vena axil-
laris dextri lateris percutiatur. In
affectibus pulmonis, iecoris, lienis,
diaphragmatis, vena inferior gib-
beri, quæ iecoraria, ſeu baſilica di
citur, eſt aperienda. In oculorū do
loribus humeraria primùm, dein-
de vena, quæ eſt ad magnum oculi
angulum, tundatur. In phlegmone
fauc

*Gal. de cu-
rat. per
ſang. miſſ.
cap. 15.*

faucium, vena ſub lingua; in capitis doloribus vena frontis, aut arteriæ poſt aures aperiendæ erunt. Ad retinendas hęmorrhoidas, aut menſes, vena manus: ad prouocandas, vena cruris eſt aperienda. Denique partibus ſupra ceruicem, ſeu colli vertebras laborantibus, humeralis vena: partibus verò infra ceruicem affectis, ad renes vſque, vena axillaris: à renibus ad talos vſque, vena poplitis, aut malleoli, ferro erit tangẽda. Itaque in iſchiade, & menſtruis retentis vena cruris ſecabitur. In cacochymia, quãcunque volueris, venam ſecabis. Fit autem venæ ſectio ad morbum præſentem expellendum quacunq; die, qua pharmacum nõ fuerit aſſumptum: quacunque etiam hora, qua non erit paroxyſmus: neglecta parte anni, & regiõis ratione, quæ

Gal. de cu. rat. per ſang. miſ. cap. 18.

phlebotomiam non omnino tollunt, sed augent, aut diminuũt: neglectis etiam morbi temporis, & Lunæ æquatione: modò vires & ætas patiantur. Sed tamen ad morbos futuros præcauendos, aut vbi morbus dat inducias, vere fiet venæ sectio: quo tempore & sanguis maximè abundat, & nullus frigiditatis, aut caloris est excessus, idque hora matutina, stomacho vacuo, in iuuenibus luna crescente, in senibus decrescente, aëre sereno, signo parti affectæ destinato obseruato. Quæ omnia quanquam Galenus non obseruauit, tamen si cõcurrant, laudabile erit. Quòd si morbus egeat & deiectione, & venæ sectione, hanc illi præponemus.

Gal. de cu. rat. per sang. mis. cap. 12.

Porrò sanguinis detrahendi quantitas cognoscitur indicatione sumpta à temperamẽto, à viribus ægri, à re-

à regione, ab ętate, à parte anni, ab antè excretis, ab intermissa exercitatione, à corporis habitu, seu dispositione. Itaque qui sunt sanguineo temperamento, ætate florenti, viribus firmis, regione temperata, veris aut autumni tempore, intermissa exercitatiõe, sudoribus, aut vrinis, aut alui excrementis retentis, sine fœtu, corpore quadrato: ij largiorem exigunt sanguinis missionem, quàm qui sunt pituitosa corporis cõstitutione, viribus debilioribus, ętate infirmiore, regione, & parte anni minus temperatis, corpore gracili, aut obeso, vtero gerentes, & deniq; sudoribus, aut vrinis purgati. Quantitas autẽ sanguinis detrahendi vnicuique ęgro propria & certa describi, propter varietatem accidentium, à quibus sumitur indicatio, quæ certa ora-

tione definiri nequeunt, nullo modo potest. Tamen traditur media quædam quantitas ab vtroque extremo æquè distans, ad quam particulares aptamus, ab vtroq; extremo ea quidē ratione distantes, qua iubēt iam dictę indicationes. Quę erat Gal. tempore libræ vnius, nostro verò est vnciarum sex. Quòd si iteratio propter virium imbecillitatem videatur necessaria, fiet eodem die, aut die proximè sequenti.

De Vomitu ciendo.

CAP. XXXVIII.

IN vomitu ciendo cōsideramus, qui sint apti ad vomendum: per quæ moueatur vomitus: quo tempore sit mouendus: quibus ægros præparemus: quæ sit potionis sumendæ quantitas. Apti sunt ad vomendum, qui sunt absque dolore capitis, sine phlegmone internas qui

Gal. Metho. lib. 13. cap. 11.

qui habẽt partes abdominis, & vẽtriculi robuſtas: quibus ſurſum materia fertur: qui habent thoracem latum: qui aſſueti fuerũt vomitui: qui nõ ſunt morbo extenuati: qui non ſunt tabidi: qui fuerunt antè præparati. Præparatur autem tum mulſa cũ hyſſopo cocta: quæ humores crudos coquunt, extenuãt, & incidunt: tũ verò cibo humidiore, & quiete: quæ neruos, ligamenta, aliáſque corporis partes ſiccio-res humectant, & corporis meatus aperiunt. Quod fit, vt euitetur cõuulſio. Humectant autem cibi temperati. Medicamenta, quæ vomitũ mouent, ſunt radix betonicæ, cortex radicum rhaphani, radix narciſſi, elleborialbi, ſemina ſtaphidis agriæ, ſeſamoidis, anagyri, naſturtij, bulbus vomitorius, fel tauri, oleum rhaphani. Vomitus concita

Hipp. Aphoriſ. 8. lib. 4.

Hipp. Aphor. 13. lib. 4.

Cour. Geſ.

tur, æstate, post assumptionem ciborum acrium, & salsorum, post coctionem humorum, & corporis præparationem, post accessionem, nisi in ea materia sursum moueatur. Quantitas decocti ex simplicibus antè dictis est vnciarum 5. cum vnciis duabus oxymelitis.

Potionis vomitoriæ ad pituitam educendam exemplum.

RECipe radicũ narcissi, sesamoidis, añ. ℥. j. seminis anethi & nasturtij, añ. ʒ. j. radicis ellebori albi ʒ. iij. Fiat decoctio ad ℥. 5. colo transfusas: quibus adde oxymelitis scillitici ℥. ij. Fiat vomitoria potio: quę tepida detur post esum rhaphanorum. Immittatur in œsophagum pẽna oleo intincta, ad irritãdam virtutem expultricem.

De

De enematibus.

CAP. XXXIX.

AT verò, quia principio curati onis, ſi aluus adſtricta ſit, emollientibus enematis ſoluēda eſt, idcirco de clyſteribus mihi hîc dicē dum eſſe duxi. Sunt autem duo prima enematum genera, vnum alui, & alterum matricis. Alui enematū ſex ſunt ſpecies, emolliēs, purgans, glutinans, adſtringens, dolorem ſedans, & nutriēs. Quoniam autem clyſter, vt cæteræ medicamentorū ſpecies, cōſtant materia & forma, materia verò propria cuique ſpeciei, forma omnibus cōmunis eſt, ob id primùm de forma, deinde de materia ſingularū ſpecierum agā.

De forma clyſterum.

CLyſter conſtat decocto iuris colo trāsfuſi, ſimplicium pòſt deſcribēdorū libra vna & ſemiſſe,

purgantis dosi dupla ad dosin, quę ore sumitur, olei vnciis tribus, mellis vncia vnà, salis drach. vna. Simplicia autem decoquēda simul hac ratione ponuntur, vt radicum & corticum sint vnciæ quinque, foliorum manipuli quatuor, seminū sint drachmæ sex, fructuum paria decem, florū pugilli quatuor: aqua librarum sit decem, aut tanta, quæ hæc omnia obruat, & superet latitudine trium digitorum. Coquantur, dum tertia pars aquæ consumpta fuerit.

Materia enematis mollientis.

RAdices ebuli, sambuci, althęę, malvæ, bismalvæ, liliorum alborum, folia bugloßi, cirsij, lactucę, acanthi, atriplicis, mercurialis, betæ, helxines, oxalidis, bliti, lapathij acuti, meliloti, semina lini, fœnigræci, hordei, malvæ, althææ,

fructus prunorum, ſebeſten, iuiubæ, caricæ, tamarindi: flores chamæmeli, bugloſsi, cirſij, violarum: mel roſaceum, aut violaceum, ſaccharum rubeum, butyrum, decoctum capitis veruecis, vitelli ouorum, ſucci cicłæ, mercurialis, & parietariæ: purgantia lohoch, de caſſia, diaprunon ſimplex, & compoſitum, hiera picra, benedicta, caſſia extracta.

Clyſteris alui excrementa emollientis exemplum.

REcipe radicum ebuli, althææ, liliorum alborum leuiter cótuſorum an. ʒ.2. foliorum acanthi, atriplicis, mercurialis, helxines, an. M.1. prunorum, caricarum, an. paria quinque, ſeminũ lini, fœnigræci an. ʒ.3. florum violarum, chamæmeli, an. P.1. fiat decoctio ad ℔.1.S. Quibus colo transfuſis, adde olei

violacei, & liliacei, mellis violacei, an. ʒ.i. S. Iohoch de caſsia, diapruni ſimpl. an. ʒ.i. hieræ picræ Gal. ʒ. quinque, ſalis ʒ.i. S. miſce. Fiat Clyſter: iniiciatur manè horis tribus ante cibum.

Materia clyſterum purgantium bilioſum humorem.

RAdices lilij albi, biſmaluæ, althææ, maluæ, folia violæ, helxines, acanthi, maluæ, oxalidis, cucurbitæ, bugloſsi, cirſij, endiuiæ, cichorij, fumariæ, lupi ſalictarij, anethi. Fructus, vuæ paſſæ, tamarindi pruna. Semina cucurbitæ, melonis, citrulli, cucumeris. Flores bugloſsi, violarum, nymphææ, cirſij. Olea amygdalarum dulcium, liliorum alborum, & violarum, & mel violaceum. Purgantia, caſsia, tamarindi, catholicon, diapr

diaprunon ſimplex, electuarium de pſyllio.

Clyſteris bilem purgantis exemplum.

REcipe radicum althææ, biſmal uę an. ʒ.ij. foliorum mercurialis, helxines, acanthi, añ. M.j. prunorum damaſcenorum, vuarū paſſarum mūdatarum an. paria quinque, ſeminum melonis, cucurbitę, & cucumeris, an. ʒ.iij. florum nymphęę, cirſij, & bugloſsi, añ. p.j. Fiat decoctio in decēti quātitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis. De iure colo trāsfuſo accipe ℔.j. S. adde olei de lilio: & amygdalarum dulcium, añ. ʒ.j. S. mellis violacei, colo tranſmiſsi, ʒ.j. catholici, diapruni ſimplicis añ. ʒ. j. ſalis ʒ.j. fiat clyſter.

Materia clyſteris phlegma educentis.

RAdices acori, helenij, polypodij, aſparagi, ruſci, petroſelini,

ni,fœniculi, apij. Folia betonicæ, chamæpityos,meliſſophylli,hyperici,ſaluiæ,lynozoſtidos, ſampſuchi,calaminthe,origani,polij mõtani, quatuor emolliẽtiũ. Fructus, caricæ pingues. Semina cumini,anisi,fœniculi,carui, vrticæ, rutæ, cardami orientalis, ameos, dauci, apij,amomi. Flores ſambuci, ſtœchados,antheos,chamæmeli. Olea rutæ, anacardiorum, abſinthij, anethi, coſti, lauri. Mel roſaceum, anacardinum colo tranſiectũ: ſacchar.rubeum:ſal cõmune,ſal gemma. Purgantia agaricum, hermodactylus, elleborus albus ad ʒ.iij. trochiſci dialhãd.ad ʒ.j. theodori cum,indum maius, diaphœnicon, hiera picra.

Clyſteris pituitã educẽtis exemplum.

REcipe radicum helenij, acori, aſparagi,ruſci,aã.ʒ.S.polypo

dij

dij querni ʒ.j. folia betonicæ, melissophylli, hyperici, añ. M.j. maluæ, bismaluæ, violarum, acanthi, añ. M.S. caricarū paria quinque, seminum vrticæ, dauci añ. ʒ.iij. florum sambuci, & chamæmeli, añ. P.ij. Fiat decoctio ad ℔.j.S. Adde olei anethi, & absinthij, añ. ʒ.j.S. mellis rosacei ʒ. j. trochiscorum alhandal ʒ.S. diaphœnicon, & indi maioris, añ. ʒ.S. salis gemmæ ʒ.j. Fiat clyster: iniiciatur mane.

Materia clysteris melancholiam euacuantis.

RAdices quinque aperitiuæ, polypodij, elleborı nigri ad ʒ.ij. in fine decoctiōis. Folia absinthij, thymi, epithymi, scolopēdriæ, buglossi, betæ, maluæ, bismaluæ, melissæ. Semina anisi, fœniculi. Flores tres cordiales, stœchados, melıloti, chamæmeli. Olea anethi, absinthij.

Mel

Mel violaceum, mel anthoſatum. Purgantia catholicon, & confectio hamech.

Clyſteris melancholiam educentis exemplum.

REcipe ʒ.radicū diureticarum an. ʒ. ij. polypodij querni ʒ.ʒ. Foliorum thymi, epithymi, an. ʒ. quatuor, ſcolopendriæ, betæ, maluę an. M. j. Seminum fœniculi, aniſi, an. ʒ. iij. florum violarum bugloſsi, intybi, an. P. ij. Fiat decoctio ad ℔.j. Adde, poſtquam colatū fuerit, ius mellis anthoſati ʒ.j. S. olei anethi ʒ.iij. catholici, confectionis hamech, an. ʒ.j. ſalis gemmæ ʒ. j. fiat clyſter.

Materia clyſteris adſtringentis.

RAdices conſolidæ maioris, tapſi barbati. Folia plantaginis, burſæ paſtoris, equiſeti, polygonati, portulacæ, roſæ rubeæ, myrti,

lenti

lentiſci, ſumach. Fructus, baccæ lauri, myrti, lentiſci, gallæ recētes. Terræ, boli armeni, ſanguinis draconis ʒ.j.S. Semina portulacæ, hordei toſti, oryzę toſtæ, acini vuarū. Succi ſorborum, plantaginis, ſumach. Aquæ ferratæ ℔.j. Gummi, tragacāthi, thuris, maſtiches, Arabici ad ʒ.ij. olea roſarū, myrtillorū.

Enematis adſtringentis exemplum.

REcipe radicum tapſi barbati, conſolidæ maioris, an. ʒ.j. Foliorum plātaginis, caudæ equinæ, burſæ paſtoris, myrti, an. M.j. baccarū lauri, gallarum recentium, an. paria ſex. Seminis portulacæ, oryzæ toſtæ, an. ʒ.ʒ. fiat decoctio in aquæ chalybis ad ℔.j. Adde tragacāthi, gummi Arabici, an. ʒ.j.S. ſuccī ſorborum recentium depurati ℔.S. olei myrtillorum ʒ.ij. fiat clyſter: iniiciatur manè longè à paſtu.

Mater

Materia flatus diſcutien-
tis enematis.

RAdix galanga. Folia mercuriã
lis, calaminthæ, origani, betæ,
abrotoni. Semina aniſi, carui fœ-
niculi, agni caſti, rutæ. Flores cha-
mæmeli, meliloti, antheos, mel an-
thoſatum: olea lauri, de ſemine li-
ni, rutæ, anethi. Purgantia benedi-
cta laxatiua, diaphœnicon.

Enematis flatus diſcutien-
tis exemplum.

REcipe rad. galang. ʒ.j. foliorũ
abrotoni, origani, calaminthę
an. M.j. ſeminis rutę, agni caſti, an.
ʒ.S. florũ meliloti, antheos, an. P.ij.
fiat decoctio ad ℔. S. Adde dia-
phœnici ʒ.S. oleorum rutæ, & ane
thi. ana. ʒ.S. mellis anthoſati ʒ. ſex.
fiat clyſter.

De

De metrenchytis.

CAP. XL.

Forma metrenchytarum.

METrēchytes eſt clyſter, qui ad menſes aut mouendos, aut ſiſtendos in matricē iniicitur. Itémque ad tumores præter naturam diſcutiendos, aut ſolutiones cōtinui perſanandas. Conſtat autem metrē chytes ʒ. ſex, aut octo decocti medicamentorum: morbo expellēdo conuenientium, pulueris, aut electuarij purgātis, ſi morbus exigat, ʒ. S. Iniicitur tempore ſomni: retinetur ſex horis, plus, aut minus pro natura morbi. Præſcribitur mulieribus: loco cuius virginibus inſeſſus inſtituitur.

Materia metrenchytæ menſes mouentis.

RVta, polium, roſmarinus, hypericon, ſerpyllum, ſeſeli, cha-

mædrys, calamintha, daucus, ruſcus, ſabina, aſphodelus, abrotonum, eryngium, ſampſuchum, fœnicul. ſmyrniũ, valeriana, thymus, radix rubię tinctorum, ſcordium, ſtyrax, ſagapenũ. Alia docet Gale. lib. 5. Simpli.

Metrenchytæ fluxus muliebres melancholicos educentis exemplum.

REcipe ſabinę, roriſmarini, valeria thymi, an. M. j. ſampſuchi, ſmyrnij, fœniculi, an. M. S. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ. De decocto colo transfuſo accipe, ʒ. ſex. In quibus diſſolue ſtyracis ʒ. ij. catholici ʒ. S. fiat metrenchytes: iniiciatur hora ſomni.

Materia metrench. menſes ſiſtentis.

HYoſcyamus, fragaria, burſa paſtoris, cuminum, cornu cer-

ui

ui, Lyſimachia, myrtus, nymphæa Lutea, calyces glandium, balauſtia, vua paſſa cum acinis, thus, ſemen pęonię, maſtiche, abſinthium

Metrench. menſes ſiſtentis exemplum.

REcipe abſinthij, fragariæ, burſæ paſtoris, an. M.j. balauſtiorum, calycum glandium, an. M.S. fiat decoctio ad ʒ.iiij. Adde maſtiches, thuris, myrtillorum in puluerem redactorum, an. ʒ.ij. fiat metr.

Materia metren. flatus diſcutientis.

ORiganum, petroſelinum, nigella, ſampſuchum, cuminum, iuniperus, daucus, helenium, apiū, anethum, careū, aniſum, ſpica nardi, acorus, nux moſchata, cinnamomum, ſmyrnium, ruta, piper, vitex, ammi.

Metrenchy. flatus diſcutientis exemplum.

REcipe origani, iuniperi, ſmyrnij an. M. j. ſeminum anethi, aniſi, cumini, an. ʒ. ij. ammeos, piperis, an. ʒ. j. Fiat decoctio ad ʒ. vj. diſſolue in his hieræ Gal. ʒ. S. olei rutæ ʒ. j. fiat metrenchyt.

De forma glandium.

CAP. XLI.

PLerunq; fit, vt clyſteres nō reddantur propter craſſa excremēta, quæ rectum inteſtinum occluſerant, aut iniici prohibentur ob ægri imbecillitatem. Ex quo fit, vt glandium non parua ſit vtilitas. Quarum triplex eſt genus. Quædam enim ſunt lenes: quæ parātur, ex radice betæ, braſsicæ, ad digiti indicis longitudinē, & craſsitiem præparata, antè tamen detracto extimo cortice, & melle perūcta. Aut

ex

ex lardo, & ſuillo adipe, ſale inſperſo. Aut ficu inuerſa, & ſale cõſperſa. Aut folio mercurialis intorto, cum pauco ſale. Quædã verò ſunt mediocres: quæ fiũt ex melle cocto cũ vitello oui, & croco, vel cũ ſolo melle ſale conſperſo, ea quidẽ proportione, vt ad ʒ.j. mellis adhibeatur ʒ.j. ſalis, aut ʒ.S. puluꝛis hieræ, aliorúmve purgãtium medicamentorum. Aliquando ex ſolo ſapone, aqua roſarum eloto. Poſtremò quædam vehemẽtiſsimæ parantur ex hiera picra, euphorbio, elleboro, tauri fẽlle, ſcammonio, colocynthide, ea certè ratiõe, vt ad ʒ.j. mellis ponantur iſtorum medicamentorũ ϑ.j.S. aut diagredij. gran. quinque. Quæ in puluerem redacta coniiciuntur in mel propè iam coctum, ne vis illorum ab igne abſumatur. Glandes igitur tribus cõ

stant, melle, aut cera, aut pice, quæ veluti fulcrum, & basis eorũ, quæ superponuntur, sunt. Deinde sale, euphorbio, diagredio, puluere colocynthidos, hieræ picræ, aut alio quouis vellicante medicamẽto. Postremò butyro, oleo, pinguedine suilla: quibus balanus illita lubricatur, & in anum illabitur. Ad singulas autem mellis vncias post mellis coctionem ponuntur singulæ drachmæ pulueris. Ex massa cocta sumitur, quantum satis erit ad formandam figurã digiti indicis: quæ butyro illinitur.

Materia omnium glandium.

DEiiciũt aluũ pulueres euphorbij, colocynthidos, ellebori, salis gẽmę, hierę picræ Gal. & Archigenis grani gnidij. Succi cyclamini, diagrediũ. Flatus discutiunt semina cumini, anisi, fœniculi, ca-

rei, colocynthidos. Dolorẽ ſedant opium, crocus, caſtorium. Aſcarides enecant aloë ſuccus abſinthij, abrotoni, cum melle miſta. Hęmorrhoidas aperiunt ſuccus cyclamini, fel tauri, & aliorum animalium. Quòd ſi ęger non ferat glandem, hæc cum melle in formam fomenti flocco excepta ano admoueantur.

Balani aluum deiicientis exemplum.

Recipe ex maſſa mellis bene cocti ʒ. S. ellebori, ſcammonij, ſalis in puluerem redactorũ an. ϑ. j. Quibus miſtis formetur glans ad formam digiti indicis.

Balani flatus diſcutientis exemplum.

Recipe ſeminum aniſi cumini, colocynthidos an. ϑ. j. ſalis gẽmæ ϑ. S. Quæ diligenter trita exci

piantur melle perfectè cocto. fiat glans: quæ butyro recenti illita imponatur tempore neceſsitatis. Quantitas mellis rarò exprimitur: ſed pharmacopolæ iudicio relinquitur.

De forma peſſorum.

CAP. XLII.

PEſſus medicamenti genus eſt: quod in collum matricis inditum, mẽſes aut ſuppreſſos mouet, aut motos ſiſtit: itémque matricis collivlcera ſanat. Eſt autem forma tereti, longitudine octo digitorũ, inſtar fiſtulæ paſtoralis. Fit cera, aut melle perfectè cocto: vt baſis ſint iis, quæ ſuperponuntur. Apponũtur enim pulueres, aut ſucci, aut purgantia ea, quę morbus, cui mederi cupimus, poſtulat. Eáque ratione miſcentur, vt ad vnciam ceræ, aut mellis perfectè cocti, adiciatur

ciatur vncia etiam vna medicamenti morbo cõuenientis. Quæ in formam fistulę redacta, & panno serico obducta, matricis collo iniiciũtur appenso filo: quo extrahũtur, quando est opus.

Materia pessi menses euocantis.

Radices ireos, acori, asphodeli, cyperi, cappar. aristolochiæ, rubiæ tinctorum. Folia abrotoni, artemisiæ, absinthij, calaminthæ, hyssopi, prasij, origani, sabinæ. Fructus, orobi, baccarum lauri, pistaciorum. Semina anisi, vrticæ. Flores stœchados. Gũmi, myrrha, lacca. Purgantia hiera picra, benedicta ad vnciam vnam, trochisci de myrrha ad ʒ.j. pulpæ colocynthidos ad ϑ.j.

Pessi menses mouentis exemplum.

Recipe mellis perfectè cocti ʒ.j. cui circũadde hieræ picræ ʒ.j.

euphorbij in puluerem redacti ℈.j. Miſce: fiat peſſus, qui panno ſerico obuolutus, vuluæ immittatur adnexus filo.

Materia peſſi menſes cohibentis.

RAdices cyperi, ſymphyti. Folia abſinthij, burſæ paſtoris, ebuli, equiſeti, hieracij maioris, mẽthæ, meliloti, limonij, myrti. Fructus perſici, palmæ, nucis moſchatæ. Semina oryzæ, oxyacanthæ, mori, cúmmi, thus, acacia.

Peſſi menſes ſiſtentis exemplum.

REcipe ceræ, & acaciæ an. ʒ.S. ſucci burſæ paſtor. ʒ.ij. balauſtiorum, radicis ſymphyti, in puluerem redactorum, an. ʒ.j. fiat peſſarium.

Materia peſſi emollientis.

RAdices althææ, lilij, maluę. Folia atriplicis, lauri, viſci quer-

ca, vomitori, et umbilicari; colliria, emplastra, cerata, caustica, frontal; pomatis tandem claudunt topica cuncta.

ni, fructus cupressi. Semina lini, nigellæ, fœnigræci, crocus. Medullæ cerui, vituli, butyrum, styrax, bdellium, galbanum, omnes resinæ, & adipes.

Chirurgica sunto venesec, cucurbita, frictio, fonticuli, cauter, setones, et ligaturæ; sectio, suitio, rasura, commoti, syrin; hyrudines etiam cum percussione locabis.

Pessi tumores emollientis exemplum.

REcipe ceræ, medullę cerui, galbani, an. ʒ.ij. bdellij ʒ.iij. fiat pessus: qui butyro illitus, & panno lineo obuolutus, in collum matricis filo adpenso immittatur.

Errhinorum forma solidorum.

CAP. XLIII.

ERrhinum medicamentum est, quod per nares haustum, cerebrum pituitosis humoribus purgat. Est autem duplex: solidum, & liquidum. Solidum crassiore consistentia fit, pulueribus, & liquoribus constans, ea quidem mistionis ratione, vt pulueres cum liquoribus

x Sexto de locis morborum dilatat verba; conuungere parat, renum affectus et intestinorum, et pudendorum, vesicaq. finit.

lienis

bus miſti craſſeſcant in vnguenti formam, pannóque lineo, aut ſerico, forma pyramidali, naribus indantur.

Materia ſolidi errhini.

PYrethrum, ſtruthiũ, radix acori, & radix ellebori albi, nux moſchata, carpeſia, piper albũ, caryophyllũ, caſtorium, macis, zingiber, ſuccus betæ, anagallidos, cucumeris ſylueſtris.

Errhini ſolidi exemplum.

REcipe ſeminis nigellæ, piperis contuſorum an. ℥. j. caſtorij ℈. S. Excipiantur ſucco betę, & reducta in formã pyramidalem, naribus indantur.

Forma & materia, errhini liquidi.

LIquida conſtant ſolis ſuccis: dantur ad quantitatem ſemunciæ, oppleto ore aqua. Succi ſunt

cy

cyclamini, betę, brassicę: aqua sambuci, aqua sabinæ, oleum de piperibus. His vti tutò possumus, quãdo corpus purgatum est aut deiectione, aut venæ sectione.

De forma apophlegmatismi.

CAP. XLIII.

APophlegmatismus est medicamentum, quod ore retinetur: & per palati emissoria, caput humoribus præter naturam purgat. Est autem duplex, vnum forma solida, alterum liquida. Quod est forma solida, fit pulueribus medicamentorum attrahentium, aliquo succo idem efficiente exceptis. Vnde fiũt trochisci seu rotulæ. Quod est forma liquida, fit ex succis humorem attrahentibus. Detinentur ore per interualla hiante, & deorsum inclinato, vt humor attractus effluat. Dãtur matutino tempore, quum

quum à reliquis excrementis corpus purgatũ fuerit. Solidus ſic fit: Accipiuntur pulueres medicamentorum ſequentiũ: qui excepti melle, aut ſucco betæ, in trochiſcos redigũtur. Liquidus fit ex decoctione medicamentorum humores attrahentium, quæ in ore retinetur gargarizando, poſtea expuitur.

Materia apophlegmatiſmi.

PYrethrum, piper, hyſſopus, origanum, ſinapi, zingiber, maſtiche, vuæ taminæ, macis, cubebæ, cortex radicis capparis, radicis acor. carpeſiæ, piper album, ſtaphiſagria.

Apophlegmatiſmi ſolidi exemplum.

REcipe piperis albi, pyrethri, zingiberis an. drachmã vnam.

trita excipiantur melle: fiant trochiſci: teneantur in ore.

Apophlegmatiſmi liquidi exemplum.

RE cipe carpeſiorum ʒ.iij. ſinap. ʒ.j. vuarum paſſarum ab acinis purgatarum, granorum ſtaphidis agriæ, an. ʒ.ij. hyſſopi, origani, an. M.S. Fiat decoctio: quam gargarizando ore diu teneat, pòſt expuat æger.

De medicamento purgante per deiectionem, quod ore ſumitur.

CAP. XLV.

IN hoc purgandi genere tria conſideranda ſunt: per quæ medicamenta humores ſint ad expulſionē præparādi ante cathartici ſumptionē: deinde per quæ præparatos expellemus: denique, quibus remediis

diis corrigemus fymptomata, quæ poſt pharmaci ſumptionem eueniunt. Quæ humores expulſioni aptos reddũt, alia ſunt liquida, alia ſolida. Liquida ſunt iulapia, quæ ex ſerapiis, & aquis ſtillatitiis componuntur: apozemata, quæ radicibus, lignis, corticibus, herbis, fructibus, ſeminibus, floribus parantur. Solida ſunt vel electuaria, vel opiata, vel condita. De quibus deinceps nobis dicendum eſt.

Forma iulapiorum.

IVlapia fiunt ex ſerapiis, & aquis ſtillatitiis, hac quidem ratione vt ad ℥. j. & S. ſerapij adiũgantur vnciæ tres & ſemis ſtillatitiarum aquarum. Vnde naſcitur quãtitas iulapij vnciarum quinque. Quæ dantur ægro manè, repetendo per quatuor dies ante cibum horis tribus. Serapia autem, & aquę, alia ad flauam

flauam bilem, alia ad melancholiam, alia ad pituitam expulsioni parandam apta sunt. Item ex serapiis & aquis vnicuique humori destinatis, quædam sunt capitis, quædam thoracis, quædam ventriculi, quædam iecoris, quædam lienis, quædam renum, quædam denique vteri. Quorum sequuntur catalogi, & particulares descriptiones.

Serapia & aquæ melanch. præparantia.

SErapia fumariæ, scolopendriæ, calaminthæ, bugloſsi, de byzantiis, oxymeli simplex, & compoſit. Mel rosaceum, serap. de pomis, de thymo, de epithymo. Aquæ sampsuchi, cirsij, fumiterræ, melissophylli, ocimi, absinthij, scolopendriæ, bugloſsi, lupulorum, florum sambuci.

Serapia, & aquæ, bilem flauam præparantia.

SErapia nymphææ, cichorij, violarum, agreſtæ, de ſucco roſarum, de granatis, de limonibus, de acetoſitate citri, de ribes, de roſis ex infuſione, de ſucco acetoſæ. Aquæ cichorij, plantaginis, portulacæ, nymphææ, lactucę, cuſcutę, endiuiæ, violarum.

Serapia, & aquæ pituitam expulſioni præparantia.

SErapia de duabus radicibus, de quinq; radicibus, de ſtœchade, de acetoſa: mel roſaceum, oxymeli comp. & ſimpl. oxymeli ſcilliticũ. Aquæ menthæ, aſparagi, petroſelini, nepetæ, ſaluiæ, abſinthij, apij, fœniculi.

Serapia, & aquæ, ſang. ad munditiem præparantia.

SErap. de violis, de capillis veneris,

ris, de lupulis, de fumaria, de absinthio, de violis. Aquæ rosarum, bugloſsi, fumariæ, eupatorij, polytrichi, pulegij, adianti, hepaticæ.

Iulapij in bilioſo humore præparando exemplum.

Recipe ſerap. acetoſi ſimpl. ʒ.ij. de endiuia ſimpl. ʒ.j. S. de limonibus ʒ.j. aquarum ſtillatitiarum: lactucæ, ſcabioſæ, acetoſæ, an. vncias tres. fiat iulapium pro tribus doſibus.

Iulap. in pituitoſo humore exemplum.

Recipe mellis roſati, ſerap. de ſtœchad. an. ʒ.j. S. aquarũ ſtillatitiarum absinthij & fœniculi, an. ʒ. iij. fiat iulap. pro duabus doſibus: repetatur quatuor diebus ſequentibus.

Serapia, & aquæ, melancholiam ſingular. partium præparantia in morbis diſſimilaribus.

CApitis melancholiam præparantia ſunt ſerap. de fumaria, de lupulis, de pomis, oxym. Hepatis, ventriculi, lienis, ſerap. de epithymo, de thymo, mel roſaceum, oxymeli. Aquæ horũ omniũ ſunt meliſſæ, baſilici, fumariæ, buglo-ſi, cirſij, ſcolopendriæ, ſampſuchi.

Serapia & aquæ flauam bilem ſingularum partium præparantia.

CApitis, ſerap. de papauere, de nymphæa: aquæ lactucæ plantaginis, nymphææ. Thoracis, ſerap. è glycyrrhiza, de iuiubis, de violis: aquæ capillor. vener. violarum, hordei. Hepatis, ſerap. de byzantiis, de cichorio cum rhab. de ſucco endiuiæ, acetoſum ſimplex: aquæ

aquę cichorij, portulacę, oxalidis, endiuiæ. Lienis, ſerap. de duabus radicibus, de violis: aquæ cirſij, bugloſsi, ſcolopen. Ventriculi, ſerap. oxalidis, agreſtæ, è ſucco acetoſæ, è ſucco cydoniorum, aquæ plantaginis, oxalidis lactucę, cichorij, roſarum. Renum, ſerap. endiuiæ, violarum. acet. ſimpl. & cõpoſiti: aquæ ſolatri, endiuiæ, maluæ, quatuor ſeminum commu. frigid.

Serapia, & aquæ, ſingul. partium pituitam præparantia.

CApitis, ſerap. de ſtœchade, mel roſaceum: aquę ſaluię, betonicæ, ſampſuchi, roriſmarini. Thoracis, ſerap. de calamintha, de praſio, de hyſſopo, de violis: aquæ ſaluiæ, hyſſopi, capillorum vener. heleni, ſcabioſæ. Lienis, ſerap. de calamintha, de thymo, de eupatorio, oxymeli ſimpl. & compoſit. aquæ

parthenij, cuſcutæ, ſcolopendriæ, bugloſsi. Hepatis, ſerap. de eupatorio, de abſinthio, oxymeli ſimpl. & compoſit. aquæ apij, cichorij, eupator. abſinthij. Ventriculi, ſerap. de mentha, de abſinthio: mel roſaceum: aquæ melliſſophylli, marathri, menthæ, abſinthij. Renum ſerap. de radicibus, oxymel. ſimpl. & compoſitum: aquæ ſaxifragiæ, fœniculi, aſparagi. Matricis, ſerap. de artemiſia, de rubea tinctorum, oxymel. ſimpl. & compoſit. aquæ nepetæ, fœniculi, matricariæ, artemiſiæ, melliſſophylli.

Iulapij pituitam in capite præparantis exemplum.

REcipe ſerap. de ſtœchad. mellis roſacei. an. ʒ. ij. aquarum ſtillatitiarum betonicæ, & ſaluiæ, an. vncias 4. ſampſuchi ʒ. ij. fiat iulap. pro tribus doſibus.

Form

Forma apozematis in similaribus morbis.

APozema cõstat radicibus, corticibus, lignis, quæ æquant plurimùm põdus vnciarum quinque, herbis ad M. quatuor, fructibus ad paria decem, seminibus ad drachmas sex, floribus ad P. quatuor. Coquũtur decenti quãtitate aquæ: quæ plerunq; supereminet omnibus simplicibus latitudine triũ digit. Hæc decoquũtur, si longã ferũt decoctionẽ, dũ media pars aquæ absumpta fuerit. si verò mediocrẽ, dum tertia pars aquæ consumpta est. De iure decocto colóq; trãsfuso, seruatur ℔.j. & S. aut ℔.ij. quòd maior quantitas corrumpatur antequàm ab ægro sit consumpta. Cuilibet autẽ libræ decoctionis colo transfusæ admiscetur libra sacchari ęstate, aut mellis hyeme

L 4

me,ad ſaporem addendum:& aromatum ʒ.ij.ad odorem, & naturæ confirmationem. At apozematum alia tantùm præparant,quibus non ſunt permiſta purgantia,alia purgant, & præparant.

Materia apoζematis,bilioſum humorem præparantis.

RAdices filicis, glycyrrhizæ, cichorij,graminis,althææ,aſparagi,ruſci. Folia capillorum veneris, polytrichi, oxalidis, ceterach, ſcolopendrię, vtriuſque cichorij, hepaticæ, lactucæ, betæ, lupuli. Semina melonum, cucurbitæ,cucumeris, citrulli, lactucæ, portulacæ, endiuiæ, atriplicis, aſparagi, hordei, plantaginis, cydoniorum. Fructus, pruna, ſebeſten,tamarindi,berberis,ribes,vuę paſſæ. Cortices capparis,ſalicis, tamaricis. Flores roſarum, violarũ, nym-

nymphææ. Quæ ſequuntur, ſunt diuretica & tamen frigida. Radices bugloſsi, vtriuſque cichorij, oxalidis. Folia adiãti, polytrichi, ceterach, hepaticæ, acetoſæ, ſcolopẽd. Semina quatuor frigida maiora, & minora. Fructus, pruna damaſcena, caricę. Serapia, acetoſum, oxyſaccharum ſimplex, & compoſitum, ptiſana. A qua quinque capillarium, portulacæ.

Apozematis bilioſum humorem ad expulſionem præparantis & diminuentis exemplum.

REcipe radicum glycyrrhizæ, mundæ, vtriuſque cichorij, an. ʒ.j. S. foliorum cirſij, bugloſsi, vtriuſq; hieracij, an. M.j. vuarum paſſarum ʒ.j. prunorũ, & ſebeſten an. paria decem, tamarindorũ purgatorũ ʒ.j. coluteæ orientalis, medullæ granorum cnici, an. ʒ.iij. flo

rum violarum, buglossi, & cicho-
rij, an. P. j. Fiat decoctio ad lb. j. S.
Quibus colo trãsfusis, adde sacch.
ʒ. quinq; in depuratione adde suc-
ci rosarum ʒ. ij. cinnamomi, & rha-
bar. an. ʒ. j. fiat apozema pro tribus
dosibus. In hoc apozemate tama-
rindi, succus rosarum, rhabar. bi-
lem flauam educunt: sena orienta-
lis, quam Theophrastus coluteam
appellat, melãcholiam: cnicus, qui
carthamus dicitur, pituitam tra-
hit. Quod fit, quia cum bile plerũ-
que pituita, & melancholia permi
stæ sunt. Vuæ passæ hepar confir-
mant, anisum flatus discutit, cicho
rium meatus aperit: hieracium hu-
mectat, & refrigerat: sacch. saporẽ
dat: cinnamomum odorem præ-
stat: radices glycyr. & cicho. de-
tergunt.

Mate

Materia apozematis pituitam præparantis.

RAdices, valerianæ, dauci, ſaxifragiæ, rubiæ tinctorum, cappar. glycyrrhizæ, eryngij, aſparagi, fœniculi, apij, aſari, polypodij, peucedani, mei, pyrethri. Folia ſmyrnij, origani, ſerpylli, hyſſopi, menthæ, eupatorij, ſaluiæ, chamędryos, betonicæ, mętaſtri, calaminthæ, nepetæ, pulegij, thymbræ, polij, thymi. Fructus, caricæ, piſtacia. Aperientia calida ſunt hæc, radices lilij, cyperi, aſparagi, pæoniæ, aſphodeli, dauci, cappar. Folia ſcolopędriæ, ſpicæ nardi, coſti, rubiæ tinctorum, hyſſopi, polij, fumarię, chamædryos, pulicariæ, calaminthæ, apij, trifolij, leuiſtici, eupatorij, praſij, abſinthij, ſambuci, abrotoni, hyperici. Cortices cinnamomi, xylobalſami. Fructus orobi, cubebæ,

bebæ,piſtacia,baccæ lauri,lupini. Semina aniſi,vrticæ,cappar.flores ſtœchados,croci. Serap. abſinthij, fumariæ. Aquæ fœniculi, ſaxifragiæ,petroſelini,aſparagi. Quæ attenuant,& incidunt craſſos,& viſcidos humores,ſunt radices cyperi,cappa. fœniculi,petroſelini,ruſci,ſcillæ: folia chamæmeli, calaminthę,cuſcutæ,chamędryos,abroto. eupat. hyſſop. polij, ſcolop. ſabinæ,mentaſtri. Cortices cinnamomi,flores ſtœchad. ſemina ammeos,vrticæ,erucæ,coriandri:fructus,pineæ nuces,cappares, vuæ paſſæ,ciceres rubei,piper nigrum.

Apozematis pituitam præparantis exemplum.

REcipe hyſſopi M.ij. menthæ M.j.S. abſinthij M.j. calaminthæ,aniſi,fœniculi,an.ʒ.j.roſarum rubearum ʒ.ij. fiat decoctio ad libram

bram vnam & ſemiſſem. Quibus colo transfuſis, adde ſacchar. ℔.S. fiat apozema clarificatum, & aromatizatum cum cinnamomi ʒ.ij. pro quatuor doſibus. Hyſſopum eſt calidum, & ſiccũ in tertio gradu: incîdit craſſos & viſcidos humores, educit crudos. Itaque triplici ratione morbo frigido & humido conuenit. Quæ res facit, vt eius quantitas ſit maxima in hoc apozemate. Mentha calida & ſicca ſecũdo gradu, confirmat ventriculum, aufert putrefactionẽ, extenuat humores: ideo ſecũdum locũ in quantitate tenet. Abſinthium calidum primo gradu, aperit meatus, idcirco tertium gradum tenet in quantitate. Calamintha, quia primis ſolùm qualitatibus conuenit huic morbo, ob id minima quantitate datur. Semina autem ponuntur ad

aper

aperiendos poros. Roſæ ad confir-
mandam naturam, ſacch. additur
ad dulcedinem inducendam. Hæc
ſunt, quæ de ratione miſcẽdorum
medicamentorum dicere volui, vt
ſcirent candidati medicinæ, non
eſſe temere medicamenta præſcri-
benda.

Materia apozematis melancholiam educentis.

RAdices marathri, cirſij, petro-
ſelini, graminis, aſpar. apij ta-
maricis, tormentillæ, bugloſsi, fili-
cis, cichorij, althęæ. Folia ſeriphij,
abrotoni, abſinthij, lupi ſaliẽtarij,
cala. orig. callitrichi, polytric. ce
terach, acãthi. Fructus caricę, vuę
paſſæ, ſebeſten, pruna damaſcena.
Cortices tamaricis, ſalicis, cappar.
radicis apij. Semina citri, citrulli,
anethi, cardui benedicti, hederæ,
vtriuſ

vtriusque cichorij. Flores melilo-
ti, chamæmeli, violarum, rosarum,
bugloſsi, cichorij: & omnia ape-
rientia calida: de quibus antea di-
ximus.

*Apozematis melancholicum hu-
mo. educentis exemplum.*

REcipe radicum marathri, bu-
gloſsi, cum toto, asparag. gra-
minis, an. M.S. foliorũ callitrichi,
lupuli, adianti, an. M.j. caricarum,
vuarum passarum mundatarũ an.
paria decem. Corticis cappar. tama-
ricis an. P.j. Semi. melonis, citrulli,
an. ℥.j. anethi, cumini, an. ʒ.ij. hor-
dei P.ij. thymi, epithymi, an. ℥.j. S.
Fiat decoctio ad ℔. duas. Quibus
colo transfusis adde serapij de fu-
maria, de cichorio, sacchari, an. ℥.
S. fiat apozema depuratum, & con-
ditum sandal. citrini ʒ.ij. pro quin-
que dosibus.

Mate

Materia apozematis ſanguinem ad mundificationem præparantis.

RAdices aſphodeli,cichorij,polypodij:ligna & cortices iuniperi,fraxini:folia acetoſæ, lupuli, adiãti,melilloti,fumarię,ceterach, atriplicis,mercurialis:fructus caſſię fiſtularis,tamarindi,paſſulę.Flores vtriuſque ſtœchados,geniſtæ.

Apozematis ſanguinem ad purg. præparantis exemplum.

REcipe radicis aſphodeli,rad.cichorij,cũ toto,an.M.S.foliorum bugloſsi,ſpinaciæ,lupuli, an. M.j. tamarindorum, caſsiæ, mundatorum an.ʒ.j.florum violarum, ſtœchados, bugloſsi,an. P.ij. Fiat decoctio ad ℔.j. Adde ſerapij de limonibus,& acetoſa an.ʒ.ij. fiat apozema clarificatum pro tribus doſibus.

Mate

Materia apozematum bilioſi, & ſanguinei humoris par tium diſſimilarium.

CApitis, radices bugloſsi, cichorij. Folia lactucæ, cucurbitæ, violarum, myrti, portulacæ, ligna & cortices ſalicis, ſandalorum. Semina myrti, portulacę, cucurbitę. Fructus berberis, ribes, myrti. flores vtriuſque nymphææ, roſarum, violarum. Pulmonis, & ſpatij thoracis, radix vngulæ caballinæ, vtriuſque cichorij. Folia citrulli, cucurbitæ, melonis, quinque capillar. bechij. Fructus iuiubæ, mori, ſebeſtę, amygdal. dulc. Ligna ſandalor. Semina quinque frigida maiora, & minora, & oxalid. flores nymphææ, violarum. Cordis radices vtriuſque cichorij, oxalid. lig. ſandal. folia lactucæ, violarum nymphææ, oxalidis: fructus, my-

rob.bellirici,mala cydonia, pruna acetoſa.Flores roſarum,violarum, nymphęę.Vẽtriculi,radices vtriuſque cichorij,folia lactucæ, portulacæ,plantaginis,ſumach, ſummitates vitis, vinacea: fructus pyra, limones,cucurbitæ,citria, berber. malum granatum:ſem.cucurbitæ, melonis,cucumer. citri,ſcariolæ. Flores roſarũ,violarum. Hepatis, radices ruſci, intybi, aſparagi:folia hieracij,plantaginis,hæpaticæ. Portulacæ,fragariæ, violarũ,myrti,adianti, aſparagi, chondrillæ: lig.ſandalorum.Fructus, vuæ immaturæ,pruna,berber.Semina,intybi,atriplicis:flores roſarum,violarum,nymphęæ.Lienis,radices tamari.valerianæ,lilij, intybi ſatiui: lig.ſandal.cortices radicis tamaricis,ſalicis,geniſtæ: folia hepaticæ, bugloſsi,ſplenij, adianti,meliloti, violæ,

violæ,polytrichi,nymphææ, barbæ hirci: ſemina, lactucæ, portul. ſcariolæ. Renum, & veſicæ, radices ſymphyti,chelidonię minoris: folia acetoſæ, lactucæ, virgæ paſtoris,plātaginis,linguæ cerui,endiuiæ, roſæ: cortices radicis ſalicis:ſemina peponum,melonum,cucumeris,citrulli,coriandri: flores chamęleontis,nenuphar,roſarum, violarum,ſalicis.Matricis,radices ſabinæ, ſymphyti, ſcariolæ.Folia agni caſti,plantaginis,nymphææ, ſalicis,ſcolopend. polygoni, ſemperuiui,acetoſæ:fructus,gallæ, ribes:flores vtriuſque ſtœchados,balauſtia.Iuncturarum,radices pentaphylli, vtriuſque intybi:lign. calamus aromaticus:folia myrti, nymphææ,mercurialis,portulacæ:fructus, pruna, pyra:ſemina,plantag. lactuc.portu.

Materia apozematum humoris pituitosi & melancholici dissimilarium partium.

CApitis, radices pæoniæ, chelidoniæ, betonicæ, fœniculi: folia origani, pulegij, saluiæ, pulicariæ, menthæ, verbenæ, euphrasiæ, sileris montani, nucis mosc. polij montan. abrotoni, chamædryos, chamæmeli, hyssopi, meliloti: fructus, cubebæ, semina sileris montani, abrotoni, amomi, pęoniæ: flores vtriusque stœchados, meliloti, roris marini, chelidonij: Lig. aloës, macis. Pectoris, radices eryngiorum, althææ, glycyrrhizæ: cortices zingiberis, cinnamo. folia marrubij, maluæ, meliloti, origani, thymbræ, calaminthæ, hyssopi, polytrichi, pulegij: Fructus, caricæ, vuæ passæ: Semina vrticæ, nastur. flores chamemeli cichorij. Cordis, radi-

radices cyperi, valerianæ, buglos-
si: Lig. aloes, calami aromatici: fol.
hyperici, roriſmarini, ſyſimbrij,
betonicæ, polij, abrotoni, calamin
thę, meliſſophylli: fructus, nux mo
ſchata, cubebæ: ſemina cardamo-
mi, origa. calam. pulegij, ocimi. Flo
res cirſij, buglosſi. Ventriculi, radi
ces galangæ, zingiberis: folia abſin
thij, ſaluiæ, dauci, marrubij albi,
hyſſopi, ſileris mõtani, pulegij: ſtœ
chas vtraque, thymũ, careum: cor-
tices, & lign. cinnam. trium ſand.
calami aromatici, xyloaloes: fru-
ctus baccæ lauri, baccæ iuniperi,
myrob. chebul. Hepatis, radices fœ
niculi, dauci, eryngiorum, gra-
min. bruſci, aſparag. zedoariæ: fo-
lia betonicæ, origan. pedis colum-
bini, ſampſuchi, eupatorij, fuma-
riæ, apij, leuiſtici, abſinthij. Lign.
caſsię, cinnamo. cal. arom. fructus,

vuæ paſſæ, cubebæ. flores, ſchœnã-
theos: ſem. aniſi, aſparag. bruſci. Lie
nis, rad. aſphodeli, quinque aperiti
uæ: folia chamæpityos, chamæ-
dryos, aſari, ſcordij, rubiæ vtriuſ-
que, fumariæ, ſcabioſę, pentaphyl-
li, lapathij, pulegij, ſileris montani,
lauandulæ, hyperici, meliſſophylli,
meliloti, valerianæ, chamæmeli:
corticis ſambuci, fraxini, geniſtæ.
flores bugloſsi, geniſtę, thymi. Re-
num, radices ſaxifragiæ, petroſeli-
ni, ruſci, eryngij, pæoniæ, fœnicu-
li: folia pimpinel. betonicæ, ſcolo-
pend. tribuli marini, filipend. pen-
taphylli, ſpicæ Celticę, lentiſci, eru
cę vrticæ, parietarię, lithoſpermi:
fruct. milia ſolis, baccæ lauri, cice
ris, capparis. Semina fœniculi, ſeſe-
lios, vrticæ, petroſelini: flores geni
ſtæ, hyperici: cortices capp. Matri-
cis, rad. liliorum, vtriuſque chelidonij,

donij,valerianæ,galangæ.cortices cinnamo.lauri:folia pulegij, artemisiæ,balsamitæ,roriſmarini, ſileris mõtani,nigellæ, cuſcutæ, capri folij,rubiæ vtriuſque,mentaſtri,ſabinæ,nepetæ,ammeos, chryſanthemi:fructus lupini,nux moſch.baccæ lauri,& iuniperi:flores roriſmarini,ſchœnantheos:ſem. dauci, petroſelini,naſturtij, ſeſami. Neruorũ,rad.aſari,lilij,cappar.folia chamæpityos,hyperici,eupatorij,origani,iuę.moſch.cortices rad. cappar.& lauri:fruct.baccæ iuniperi, baccæ lauri:ſemina naſturtij, capparis.

Apozematis bilioſum humorem in capite coquentis exemplum.

Recipe radicis cichorij,buglos ſi an.ʒ.ij.foliorum cucurbitæ, lactucæ an.M.ij.violarũ M.j. cor-

ticis ſalicis M.S. ſeminũ myrti & cucurbitæ, an. ʒ.ij. florum roſar. & violar. an. P.ij. Fiat decoct. ad ℔. j. S. Quibus colo trãsfuſis, adde ſerap. de nymphæa, & ſacch. an. ℔. S. Fiat apozema clarificat. & aromatizat. ſand. citrini, & rubei an. ʒ.j. S. pro quatuor doſibus.

Apozematis humorem pituitoſum in pulmone præparantis exemplum.

REcipe radicum carei, & mei, an. ʒ. S. foliorum abſinth. marrubij, an. M.j. S. hyſſopi, pulegij, an. M.S. calami aromatici ʒ.iij. baccarum lauri, & iuniperi, an. paria decem. Florum vtriuſque ſtœchados an. P.ij. Fiat decoctio ad ℔. duas. Quibus colo transfuſis, adde ſerap. de praſio, & hyſſopo an. ʒ. iiij. mellis roſacei colati ʒ.ij. Fiat apozema

zema clarificatum, & aromatizat. cinna. 3. j. pro quinq; dosibus.

Forma electuarij solidi.

CVm de iis, quæ forma liquida humores præparant, dictũ iam sit, sequitur, vt de illis, quæ forma solida ad idem parantur, dicamus: ac primùm de electuariis: quorum alia sunt calida, alia frigida. Ex quibus tum calidis, tum frigidis, quędam sunt capitis, quædam pectoris, quædam cordis, quædam ventriculi, quædam lienis, quædam renum, quædam matricis, quædã denique iunctura rũ. De quibus posthac est ordine nobis agendum. Electuaria solida comparantur pulueribus aromaticis, aquis stillatitiis, morbo expellendo aptis, & saccharo, aut melle cocto, quo pulueres formam solidam accipiunt. Hæc verò hac ratione miscentur, vt ad

singulas drachmas puluerum adhi-
beantur singulæ vnciæ sacchari,
aquarum stillatitiarum quantum
sufficit dissoluendo saccharo. So-
lent præscribi drachmæ puluerum
tres: ex quo fit, vt tres quoque vn-
ciæ sacchari præscribantur, quòd
maior quantitas esset superflua æ-
gro, & minor non posset commo-
dè coqui. Coquitur saccharum ad cõ
sumptionem aquæ: deinde insper-
guntur pulueres. Massa ex his com
posita ab igne remota, & in planũ
proiecta diuiditur in tessellas: quo-
rum singulæ æquant quantitatem
3. j. S. Ex quibus datur vna singulis
diebus, hausto apozemate mane.

Materia electuariorum solidorum in singulis partibus pituitam & melancholiam coquentium.

CApitis, pulueres gallæ moscha-
tæ, diambræ, confectionis dia-
moschi

moſchi. Pectoris, pulueres diacapparis, diatragacanthi, diapraſij, diaireos, diacalaminthæ. Cordis, pul. electuarij de gemmis, lætificantis Gal. diãthus, gallæ moſchatæ. Ventriculi, roſatæ nouellæ, trochiſ. de ligno aloës, aromatici roſati, aromatici nardini. Splenis, pul. diacoſtu, diacappa. trochiſco. de berberis, de capparib. diacalam. Renum, elect. ducis, diacalamin. Matricis, diamb. elect. ducis. Iuncturarũ, diazingib. diacor. Aquæ deſcriptæ ſunt in catalogo ſerapiorum.

Electuarij ſolidi pituitam in Ventriculo coquentis exemplum.

REcipe puluer. roſat. nouel. aromati. roſati, an. ʒ. j. ſeminis ammeos, & aniſi, an. ʒ. S. trochiſcorũ, de cappar. ʒ. j. S. ſacch. in aqua praſij diſſoluti ʒ. quatuor. Fiat electuarium in tabellis, quarum ſint ſingulæ

læ 3.j.S.Capiat vnam ſingulis diebus, manè ante cibũ horis tribus.

Materia electuariorum, in ſingulis partibus flauam bilem coquentium.

CApitis, pulueres diacydonij: pectoris, pul. diatragacanthi frigidi, diapenidij ſine aromatibus. Cordis diamarga. diacorallij albi, trochiſcor. de ſpodio, trochiſcor. de berberis, trochiſcor. de ſandalis. Ventriculi, diatrion ſandal. trochiſcor. de ſpodio, trochiſcor. de caphura. Splenis, diarhod. trochiſcor. de ſandal. Iunctiurarum diarhod. Abbat. Aquæ leguntur in catalogo ſerapiorum.

Electuarij flauam bilem in capite coquentis exemplum.

REcipe pul. diacydonij, & ſandalorum rubei & citrini, an. 3.iiij. S. ſacchari in aqua lactucæ diſſol

dissoluti ʒ.iij. Fiat electuar. in tessellis: quarum singulæ sint ʒ.j. S. sumatur vna singulis diebus manè post hausturn apozematis.

Forma conditi.

HActenus de electuariis: sequitur, vt de conditis agatur. Conditum est medicamentum, quo natura confirmata humores faciliùs coquit. Fit autem cõseruis, saccharis, floribus, corticibus, radicibus confectis: itémque electuariis, aut eorũ pulueribus, & saccharo, hac quidem ratione, vt primò ponantur conseruæ, seu sacchara condita ad quantitatem ʒ.ij. aut iij. deinde pulueres ad ʒ.j. si sint acres vel caræ: si verò lenes ad ʒ.j. S. Postremò additur sacchari quod satis erit, pulueri sati: & pistillo miscentur. Pro diuitibus addi possunt bracteæ auri tres, aut quatuor. De quo sumi

sumi potest singulis horis ad quantitatem auellanæ.

Materia conditi pro humore frigido cuiusuis membri.

CONfectio de moscho, confect. de citro, cõfect. de oxalide, trochiscor. de cappar. elect. de gem. semina calida maiora, & minora, cortex citri.

Conditi pro humore frigido exemplum.

REcipe confectionis de oxalide, & cappar. an. ʒ. S. electuarij de gemmis ʒ. iij. seminis anisi, cumini, & fœniculi, an. ʒ. ij. corticis citri conditi ʒ. S. sacchar. quod satis erit. Fiat conditum auro obuolutũ: de quo sumat æger cochlea. j. post cibum.

Materia conditi pro humore calido cuiusuis membri.

CONserue nymphææ, bugloſsi: sac

saccha.violaceum,& rosaceũ,tro-
chiscorum de berberis,de spodio,
pulueres electuarij, diamargariti,
diatragacanthi frigidi,diapenidij:
semina frigida maiora & minora.

Conditi pro humore calido exemplum.

REcipe conseruæ bugloſsi, ro-
sarum, & nymphææ, an.ʒ. S.
fragmentorum lapidum pretioso-
rum,an.ʒ.j.corall.rubei,diamarga
riti frigidi, an.ʒ.ij.seminis oxali-
dis,portulacæ cichorij,an.ʒ.j. bra
cteas auri numero quatuor,saccha
ri quod satis erit. Fiat conditum
auro obuolutum: quo vtatur ad
quantitatem auellanæ quauis ho-
ra diei.

De purgantis medicamenti vniuersali dosi.

EXpositis generibus medicamē
torum,quæ humores expulsio
ni

ni præparãt, reliquum eſt, vt ea medicamentorum genera perſequamur, quibus præparatos humores educimus. At verò, quoniam hæc pharmaca doſi circunſcripta dari debent, idcirco de eorum pondere antè dicendum nobis eſt, quàm de forma & materia eorum agamus. Cùm igitur pharmacum ſua qualitate tantum diſtare debeat à noſtri corporis conſtitutione, quantum ab eadem diſtat morbus: morbus verò diſtat aut proximo, aut remotiſsimo, aut intermedio gradu: factum eſt, vt pharmaci doſis ſit vel minima, vel maxima, vel mediocris. Prætereà quoniam cathartica alia ſunt acerrima, alia leniſsima, & alia mediocria: ideo fit, vt doſes illorum quædam ſint parciſsimæ, quædam liberaliſsimę, quædam temperatæ. Itaque pharmaca

primo

primo gradu à noſtri corporis cõ-
ſtitutione diſtantia minima doſi
dantur ad ʒ.j.mediocri ad ʒ.ij. ma
xima ad ʒ.quatuor. Secundo autẽ
gradu diſtantia minima doſi dan-
tur ad ʒ. S. mediocri ad ʒ. j. maxi-
ma ad ʒ.ij. At quæ tertio ordine à
noſtra conſtitutione abſunt, mini
ma doſi dãtur ad ʒ. j.mediocri ʒ. j.
S.maxima.ʒ.ij.Poſtremò,ſi quarto
abſint,eorum doſis ſit minima ϑ. j.
mediocris ϑ.ij.maxima ʒ.j. Leniſ-
ſima cathartica ſunt,quæ lubrican
do purgant, vt ſucci roſarum, vio
larum,abſinthij,ius galli veteris,ta
mar indi, manna, caſsia, ſerum la
ctis,decoctum adiãti, & fumariæ:
quæ pueris,& mulieribus vtero ge
rentibus, quouis tempore ſine pe-
riculo exhiberi poſſunt. Mediо-
cria verò ſunt,quæ comprimendo
purgant,vel leuiter attrahendo, vt

N

myrobalanorum omnia genera, radix polypodij, ſena, thym. epithymum omnia opiata. Quæ tertio autem gradu diſtant, ſunt, quæ vehementiùs attrahendo purgãt: vt rhabarbarum agaricum, aloe, aſarũ, radix ireos, carthami, hermodact. ſuccus, radicis cyclamini, & radicis bryoniæ, turbith, elleborus. Quibus vtemur ætate confirmata, valentibus viribus, & tẽpore ſelecto. Quarto denique gradu diſtantia ſunt, quæ vehementiſsimè attrahunt: vt ſcammonium, lathyris, chamelæa, thymelæa, laureola, colocynthis, tithymalo. omnia genera, ſuccus cucumer. agreſtis. euphorb. ſagapenum, ſal gemma, hammoniacũ, ſal nitr. quibus nunquam vtimur, niſi magna neceſsitate, & correctis, & diligenter præparatis, quòd vim habeant deleteriam. Horum doſis

rat

rationē retinet bona pars pilularū.

De cauſis, quibus adducimur, vt ſimplicia cathartica permiſceamus, & purgans medicamentum componamus.

PVrgantia medicamenta non ſola, ſed cum aliis permiſta dantur. Quæ compoſitio fit aut ratione baſis, aut cauſa eius, per quod melius fit purgatio. Si cauſa baſis diuerſa cathartica miſceantur, id fit aut vt acrimonia vnius, & vis deleteria, alterius hebetudine obtundatur, & noſtræ naturæ amica qualitate emendetur. Sic ſcammonei vires myrobalanis tēperamus. Aut vt hebetudo vnius, alterius acie acuatur: ita pilulas ſtomachicas, aut pilulas lucis acuimus trochiſ. dialhandal. Aut vt penuria penuria vnius alterius additione pen- ſetur. Sic rhabarb. caritatem caſ-

lia, aut manna redimimus. Aut de-
nique, vt diuersi humores diuersis
temporibus euacuentur. Ita in he-
mitritæo miscebimus cholago-
gum velocis actionis cũ phlegma-
gogo tardè educente. Quòd si ra-
tione eius, per quod melius fit pur
gatio, misceantur diuersa medica-
menta, id fit, vt purgans ad partem
affectam deducatur. Matricem er-
go purgaturi artemisiã miscemus.
Vel vt meatus aperiantur, sic semi-
na diuretica adiungimus. Vel vt
sapor cathartici suauior fiat, ex
quo fit, vt saccharũ admisceatur.
Postremò, vt odor gratior redda-
tur: ob id aromatica adiungimus.
Sunt itaque octo causæ, quæ nos
cogunt, vt purgantia medicamen-
ta componamus. Quæ quibus sin-
gula singulis sint admiscenda me-
dicamentis, id describerem, nisi

de

de hoc negotio proprij essent describendi catalogi.

De indicationibus, quæ nobis demonstrant non solum qualitatẽ, sed quantitatem etiã eorum, per quæ purgamus.

MEdicamẽta igitur, quibus humores educimus, indicant res naturales, non naturales, & quæ sunt præter naturam. Itaque si Socrates temperamento bilioso, corpore gracili, latis venis, lentigino-sa cute, ruffis capillis, ætate florente, æstate, aere calido & sicco, vento Subsolano, vsus cibis acribus, salsis, reddens vrinam flauam, pugnas somnians, facilè irascens, laborat tertiana febre cum magna oris amaritudine & ariditate, certissimum est huic cholagogum esse præscribendum. Rursus, si Paris pituitosa corporis constitutione, corpore crasso, ætate senili, in re-

gione frigida & humida, hyeme, diu vſus oleribus, agens in otio, ſomnians aquas, reddens vrinam albam, tarda memoria, piger, frequenter vſus balneo aquæ dulcis, somno alto detentus, ſæpe excreãs humidiora, laboret quotidiana febre cum diſtentione hypochondriorum: huic intrepidè phlegmagogum præſcribemus. Quantitatem etiam purgantium medicamẽ corum indicant res naturales: vt ætas, vires ægri, & corporis conſtitutio. Aetas, & corporis vires per ſe ſunt notæ. Temperamẽtum verò cognoſcitur venarum latitudine, arteriarum pulſu, cutis colore, corporis habitu, pilis. Qui enim ſunt ſtrictis venis, remiſſo arteriarum motu, cute alba, corpore craſſo, capillis albis, excrementis humidis, ij pituitoſi ſunt. Indica-

tion

tiones quoque dant res non naturales, vt regio, pars anni, aëris constitutio, vitæ conditio, cibus. Postremò indicationes sumemus ab iis, quæ sunt præter naturam, vt à morbo, causa morbi, & symptomate. Itaq; si Thessalus ætate senili, pituitosus natura, hyeme tertiana febre laboret, quoniam longiùs à naturali temperie distat, quàm si bilioſus, ætate integra, æstate, bilioſa febre corriperetur, idcirco sumpta indicatione à magnitudine morbi, maiori quantitate exhibebimus catharticum, quàm si quotidiana infestaretur. Præterea si Archigenes laboraret affecto pulmone, fortius catharticum præscribemus, cæteris paribus, quàm si affectus ventriculum teneret: quòd longiùs medicamenti vis sit diffundenda. At si indicationes inter se

sic pugnent, vt quæ à ratione vi-
ctus sumantur, videantur impera-
re cholagogum: rursus quæ à tem-
peramento desumptæ fuerunt, in-
dicent phlegmagogum: item si à vi
ribus desumptæ indicationes exi-
guam quantitatem, à natura verò
morbi, magnam imperent: tunc
certè pluribus, & potioribus erit
parendum. Quas indicationes in-
ter se pugnantes qui conciliare no-
uerit, is solus medicorum contro-
uersias componere poterit: qui di-
uersas curationis indicationes se-
quuti, hic has, & ille suas, tantas
plerunque tragœdias excitant, vt
certissimam disciplinam apud ine-
ruditum vulgus in vanitatis suspi-
cionem adducant: & doctrinam,
quæ multis auxilium dedit, indi-
gnissimè infament. Quamobrem
is de ratione medendi optimè me-
ritus

ritus fuiſſe videri debet, qui cùm non modò, quas antè deſcripſi, ſed eas etiam, quæ à Galeno & à Gordonio recenſentur indicationes perpenderit, & omnium ſummam fecerit, tum demum de curatione iudicarit.

De doſi catharticorũ medicamen particulari.

OMnis doctrina, vt vniuerſaliſſima, ita eſt maximè incerta Quod facit, vt poſt vniuerſalem doſim, particularem ſubiungere ſtatuerim. Cùm verò medicamentum, quod eſt ſecundum naturam conſeruare, & id quod eſt præter naturã, auferre debeat: neceſſe eſt, vt quemadmodum primæ noſtri corporis conſtitutioni qualitatibus conuenit, quòd ſimilia ſimilibus conſeruentur: ſic eiſdẽ qualitatibus morbo opponatur, quòd cõ-

traria contrariis expellantur. Ex quo fit, vt tantum distare debeat medicamentum à naturali corporis constitutione, quantum opposita qualitate distat ab eadem morbus. Morbus autem, tantum abest vt in diuersis ægris sibi perpetuò sit similis, vt ne in eodem quidem corpore diu eandem naturam retineat. Quòd cùm ita sit, fieri non potest, vt eadem pharmaci dosis, ne in eodem quidem ægro, perpetuò retineatur. Medicamentum autem nostræ naturæ tum demum simile fieri potest, quum cathartici vires, quæ sola experientia cognoscuntur, correcta intemperie, corpus ad naturale temperamentum (quod coniectura deprehenditur) reducunt. Quod si nostri corporis temperamentum, & constitutio adeò sint varia, vt vix etiam

tiam temporis momento maneant eodem in ſtatu, fit certè, vt cathartici doſis non poſsit diu eadem exhiberi. Tamen quemadmodum in topicis medicamentis componitur quoddam medium medicamentum, quod auctum, aut diminutum pro natura morbi & ægri, ſingulis accommodatur: ſic in purgantibus deſcribemus mediã quãdam doſin, quæ aucta, vel diminuta, ex ſagacis medici artificiali cõiectura ſingulis morbis adhiberi poterit.

Forma potionis purgantis.

PVrgantia quædam forma liquida, quedam verò ſolida dantur. Liquida ſunt, potio, coctio, infuſio. Solida ſunt, bolus, pilulæ, & electuaria. Potio conſtat decocto lenientium medicamẽtorum, aut loco illius aquis ſtillatitiis; deinde opia

opiatis purgãtibus humorem corruptum: quibus adiunguntur, quæ compositorum vires augent, simplicia, & horum vim deleteriam corrigentia. Postremò admiscentur, quæ saporem & odorem ingratum emendant. Simplicia, quæ opiatis adiunguntur, sunt in pollinem redacta.

Materia potionis choleram purgantis.

Simpl.			
Rha. ʒ. j. s. cũ spi. nar.	*sing. cũ decocto*	*absinth.*	*an. M. j.*
Elleb. ʒ. j. cum aniso		*fumari.*	
Myro. fl. ʒ. iij. cũ ani.		*lupul.*	
Scã. ʒ. j. cũ mastiche		*rosar.*	
Aloe ℈ ij. cum spe		*viola.*	

ibyalofanti.

Materia medicam. purgantium aquas et horum.

Com

turbiht, asce, cap. veneris, sal, salgemma, euforuium, cherua, aristoloquia, centaur, cucumis silvestris, ireos, agaricus, serapinum, mezereon, scebran, ...

Comp.

Diacath.	ʒ.x.	*ſing.cū*	*ſerap.acet.ſimp.*
Elec.de ſuc.roſ.	ʒ.℈j.		*ſerap.endiuiæ,*
Trypher.	ʒ.x.		*oxyſacch.*
Diapr.ſimp.	ʒ.x.		*oxymel.ſimp.*
Diapr.ſol.	ʒ.x.		*aqu.℈iolar.*
Diama.	ʒ.x.		*aq.lactu.*
Elect.de pſyl.	ʒ.x.		*aq.cichor.*
Hier.Gal.	ʒ.℈j.		

Potionis ad bilem flauam exemplum.

RE cipe fol.abſinth.lupul.an.M. j.fl.viol.roſar.an. P.j. Fiat decoctio ad ʒ.iiij. in qua diſſolue diapru.ſimp.hieræ Gal. an.ʒ.iij. rhab. ℈.ij.ſpic. ℈.j. quibus in pollinem redactis adde oxyſacchar.ʒ.j. fiat potio.

Mate

Materia potionis melancholiam educentis.

Simpl.

Turbith. ʒ.j.*cũ zing.*			*origa.*	
Elle.nig. ʒ.j.*cũ trag.*			*buglos.*	
Myro.che. ʒ.ʒ.*cũ ani.*	*sing.cũ*		*fuma.*	*an.M.S.*
Senæ ℥.j.*cũ Zingib.*	*decocto*		*thymi*	
Lapidis lazul. ʒ.j.			*lupuli*	
Epithy. ʒ.iij.				

Comp.

Diasen. ʒ.vj.			*serap.bugl.*
Diacathol. ʒ.x.			*serap.fumar.*
Hier.log. ʒ.iij.			*serap.adiant.*
Hier.Ruf. ʒ.iij.	*sing.cũ*		*serap.glycyr.*
Confect.ham. ʒ.vj.			*aqua lupul.*
Tryphe.Persicæ ʒ.x.			*aqua grami.*
			aqua cicho.

Potio

Potionis ad melancholiam exemplum.

RECipe aqua. stillatitiar. graminis, & lupi salict. an. ℥.ij. Quibus dissolue diasenæ, & cõfection. hamech an. ʒ.iij. turbethi ℈.ij. zingib. ℈.j. diligenter tritorum, serap. bugl. ℥.j. Fiat potio deiectoria.

Materia potionis pituitam trahentis.

Simpl.

Hermo. ʒ.ij. *cũ cinnam.*				
Myrob. emb.	ʒ.ij.	*sing. cũ de cocto*	*hysso. prasij orig. met.*	*an. M.S.*
Euphor. ʒ.j. *cũ tragacãt.*				
Turbet. ʒ.ij. *cũ mastiche*				
Epithy.	ʒ.vj.			

Com

Comp.

Elect.ind.maio. ʒ.v.
Bened.laxat. ʒ.v.
Diaphœn. ʒ.v.
Diacatho. ʒ.vj.
Trochi. de Alhād. ʒ s.

cum ser. & aquis

ſerap.de cor.citri
ſerap. de mēth
ſerap. de calam.
aqua ſampſuchi,
praſij
hyſſop.

Potionis pituitam educentis exemplum.

REcipe aquarum ſtillatit. hyſſo
pi,& praſij an.ʒ.ij.electua.indi
maior,& benedict.laxat.an.ʒ.ij.epi
thymi in puluerem redacti. ʒ.iij.
hermodact.ʒ.j.cinna. ℈.j.diligēter
tritorum, ſerap. de corti.citri ʒ.j.
fiat potio.

Mate

Materia potionis ad mundandum ſanguinem.

Simpl.

Tamar ind. ʒ.iiij.
Caſſiæ ʒ.ij. } *cum decoct.* { *pruno* } *an. par.* vj.
Mannæ ʒ.ij. } { *ſebeſ.* }
Senæ ʒ.ſ. { *fum.* } *an. M.ſ.*
{ *bugl.* }
adiã.

Comp.

Diacath. ʒ.x. } *cum* { *ſerap. de adiant.*
Diaſen. ʒ.vj. } { *ſerap. de cichor.*
aqu. bugloſſi
aqu. fumar.
aqua ſaluiæ

Potionis ſang. mundantis exemplum.

REcipe prunor. Damaſce. paria ſex, ſebeſten par. iiij. coquãtur in decenti quantitate aquæ bu-

gloſsi. De decocto colo transfuſo accipe ʒ. vj. In quibus diſſoluantur ad ignem tamar ind. & caſsiæ mundat. an. ʒ. j. S. Poſt colaturam adde diacath. ʒ. iiij. fiat potio.

Quæ ad ſingula membra purgantia dirigant.

ANtè dicta purgantia non modò ſimilaribus morbis, ſed diſſimilaribus etiam, cum iis, quæ ſequuntur, dirigentibus accommodantur. Aquæ autem, & ſerapia ſingulis membris conuenientia in iulapiorum compoſitione fuerunt commemorata. Huc ergo transferantur. Ad caput dirigunt nux moſchata, cubebæ, chamædrys, chamæpitys, ſtœchas. Ad pectus, vuæ paſſæ, hordei, praſium, glycyrrhiza. Ad hepar, ſpica nardi, aniſum, cinnamomum, daucus. Ad ſplenē, eupato

eupatorium, fœniculi, cappares, calamintha. Ad renes & veſicam, ſaxifragia, petroſelinum, quinq; radices aperitiuæ. Ad matricem, ſabina, matricaria, pentaphyllon pimpinella. Ad iuncturas, aſarum, cardamomum.

Forma decocti purgantis.

DEcoctum catharticum conſtat ſimplicibus purgãtibus. Quibus adiunguntur pharmacorum vim toxicam emẽdantia. Additur & liquor, quo purgantia decoquũtur. Poſtremò, facta decoctione, liquori colo transfuſo, cuius quantitas eſt ʒ. iiij. aliquid ex opiatis purgantibus, & morbo expellendo aptis, permiſcetur. Itémque alicuius ſerapij noſtro inſtituto conuenientis, ad ſaporem cathartici corrigendum, ʒ. j. Differt ergo in hoc hęc purgandi ſpecies à potio-

ne, quòd hîc purgantia coquũtur, illic verò non. At danda opera est, vt quanto maior erit quãtitas purgãtium decoctorum, tantò minor sit quantitas eorum, quæ post colaturam adiiciuntur. Debet enim in omni purgantium compositione ex mistis proportione ad iustitiã, oriri tanta medicamenti vis, quanta est necessaria ad morbum expellendũ: ne si minor sit, à morbo vincatur: si verò maior, naturam cum morbo vincat.

Materia decocti bilem flauam deiicientis.



Decocti purgantis bilem flauam exemplum.

RECipe prun. Damasc. paria v. thymi P.j. flor. rosar. & viol. an. P.S. radicis polypod. querni, & folior. senæ orientalis, an. ℥.j. fiat decoctio ad vncias quatuor. Quibus adde serap. de absinthio ℥.j. dia prun. soluti. ʒ.ij. fiat potio deiectoria: detur in diluculo ante cibum horis tribus.

Materia decocti purgantis melancholiam.

Lapi. lazul. loti	ʒ.iij.	*singula coquantur cũ*	*bugl.*	*an. M.S*
Lap. Arme. loti	ʒ.iij.		*lupul.*	
Elleb. nigri	ʒ.iiij.		*fum.*	
Myrob. Indor.	℥.j.		*puleg.*	
Epithymi	℥.ij.		*flo. geni.*	*an. P.j.*
Senæ	℥.ij.		*flo. stœc.*	

Vide decoctum Ellebori præ melancholicis apud Iachinum pag. 3 185.

Decocti melancholiam educentis exemplum.

REcipe buglosi cum toto M.j. pulegij M.S.flor.stœchad.P.S. epithymi ʒ.j.myrobala.Indor-ʒ.S. lapid.lazul.loti ℈.ij.fiat decoctio. De qua colo trãsfusa accipe ʒ. quatuor.Quibus misce serap. de thymo ʒ.j.fiat potio:detur manè stomacho vacuo.

Materia decocti purgantis pituitam.

Rad.ireos tritæ	ʒ.iiij.	*singul.*	*foliis laur.*
Agarici troch.	ʒ.iij.		*rad.asari*
Cartham.	ʒ.vj.	*coquan-*	*fol.sisymbrij*
Hermodact.	ʒ.vj.	*tur cũ*	*fol.smyrni*
Myrob.bellir.	ʒ.S.		*vuarũ passarũ*
			rad.polypod.

Decocti pituitam purgantis exemplum.

REcipe radicum asari,ʒ.j.polypod.

pod. querni, ʒ. iij. vuarum paſſarum mundat. ʒ.S. ſeminis cartha. ʒ.iij. agarici trochiſcati ʒ.iij. zing. ʒ.j. Fiat decoctio ad ʒ.iiij. Quibus colo transfuſis adde ſerap. de ſtœchad. ʒ.S. fiat potio deiectoria.

Decocti ſanguinem mundantis materia.

Rhabar.	ʒ.ij.	*ſing. co quatur cum*	*iuiub. ſebeſt. prunis Dam. adiant. fumar. cichor. bugl. oxalid.*
Senæ	ʒ.j.S.		
Tamar indor.	ʒ.iiij.		
Caßiæ	ʒ.iij.		

Decocti ſanguinem purgantis exemplum.

REcipe ſebeſten. iuiubar. prun. Damaſce. an. paria quatuor,

adiant.polythric.bugl.an.M.S.tamar Ind. caſsiæ recenter extract. an.ʒ.j.S.fiat decoctio ad ʒ.quinq;. Quibus diſſolue diacath.ʒ.iiij. ſer. de bugloſ.ʒ.j.fiat potio.

Forma infuſionis.

INfuſio differt à coctione, quòd ſimplicia cathartica illic decoquuntur in liquore aliquo, hîc verò ſolùm macerantur per duodecim horas. Itaque in infuſione macerantur ſimplicia cathartica in liquore aliquo ſtillatitio, aut decocto medicamentorum morbo conueniente, ad humorem corruptum educendum, dupla quidem quantitate, ad quantitatem, qua dantur in ſubſtantia. Poſt infuſionem magma, & fæces colo excernuntur à liquore. De quo accipiuntur ʒ. quatuor. Quibus admiſcetur aliquid ex opiatis purgantibus, & ex

ſerap

ſerapiis, quæ morbo conueniunt, ʒ.S. aromatum ʒ.j. & fit potio.

Materia diluti purgatorij ad flauam bilem purgandam.

Rhabar.	ʒ.iiij.	*cum aquis*	*abſinth. fumar. violarum ſambuc.*
Myrob.	ʒ.j.		
Tamar ind.	ʒ.ij.		

Diluti purg. flauam bilem exemplum.

REcipe aq. ſtill. abſinth. & fum. an. ʒ. ij. in quibus macerentur xij. horis, rhabar. ʒ.ij. cinnam. ʒ.S. myrobal. flauor. ʒ. S. In iure colo trãsfuſo diſſolue hieræ picræ Gal. ʒ.ij. ſerap. de acetoſit. citri ʒ.S. fiat potio deiectoria.

Mate

Materia diluti purgantis melancholiam.

Senæ	ʒ.j.S.	*macerẽ*	℞	*vuar.passa.*
Elleb.	ʒ.iiij.	*tur in*		*puleg.*
Lap. Arm. loti	ʒ.iij.	*decocto*		*origan.*
Lap. cyan. loti	ʒ.iij.			*thymi*
				bugloss.
				polypod.

Diluti melancholiam educentis exemplum.

REcipe vuarum pass. P.j. bugl. fuma. an. M.S. polypod. querni ʒ.S. origani M.S. fiat decoctio ad ʒ.iiij. in quibus macerentur per noctem folior. sennæ ʒ.j. lapidis cyanei loti & triti ʒ.j. manè exprimendo colentur: in colatura dissolue confectio. hamech ʒ.ij. serap. de lupul. ʒ.S. fiat potio.

Mate

Materia diluti pituitam purgantis.

Sem.cartha.	ʒ.vj.	*macerẽ tur in decocto*	*flo.ſamb.*
Turbith.	ʒ.vj.		*rad.ebul.*
Hermodact.	ʒ.ʒ.		*rad.aſari*
Agari.troch.	ʒ.iij.		*flor.ſtœchad.*
			fol.chamæpity.
			rad.diuretic.

Diluti pituitam trahentis exemplum.

REcipe quinq; radic. diuretic. omnium ℥.S.rad.ebul.ʒ.ij.cha mæpityos M.s.flor. ſambuci,ſtœ-chad.an.P.j. Fiat decoctio ad ℥.v. in quibus macerentur per noctem ſem.cartha. hermodact. contuſor. an.ʒ.iij.cinna.ʒ.j. Manè colo tranſ fuſis adde diaphœnici ʒ. ij. ſerap. de duabus radicibus vnciã ſemis: fiat potio.

Mate

 Carmina ad prædictionem iuuantia.

Materia infusionis ad sanguinem mundandum.

Rhab.	ʒ.iij.	*macerẽ*	*ficuum*
Senæ	℥.j.S.	*tur in*	*vuar. pass.*
Tamar ind.	℥.iij.	*decocto*	*glycyrrhiz.*
			violar.
			sebesten
			pruno.

Ydies crytici. Inutiles sunt primus, sextus, octauusq; et decimus tertius, decimusquintus atq. vigesi, duo vigesi, et septimus supravigesi.

RECipe glycyrrhiz. ras. ʒ. ij. ficuum paria quatuor, vuarum passarum mundat. P. j. sebesten paria tria. Fiat decoctio: de qua accipe ℥.iiij. in quibus macerentur per noctem rhab. contusi ʒ. j. spicæ nardi ℈.j. senæ ʒ.iij. tamar Indor. ℥.j. Manè exprimendo colentur. Iuri adde cathol. ʒ.iij. iulap. viola. ℥.S. fiat potio.

Forma boli purgantis.

DE purgantibus forma liquida dictũ fuit: restat, vt de iis, quæ forma

forma ſolida dantur, dicamus. Bolus igitur fit, aut ex ſimplicibus, aut ex compoſitis aut ex ſimplicibus & cõpoſitis permiſtis. Quòd ſi purgantia, quæ bolum ingrediuntur, ita ſint ſicca, vt abſque liquore externo coniungi nequeant, admiſcendum erit ſerapium morbo curando conueniens, quo ea coniungantur: & ſaccharum addi debet, quod ſaporem addat. Itaque hæc forma conſtat quatuor medicamentorum generibus: purgante ſimplici aut compoſito: aromate, quod purgantis vim corrigat: ſaccharo, quod ſaporem addat: ſerapio, quod partes iũgat.

Materia boli flauam bilem purgantis.

CAſsia, manna, tamar Indi, pulueres rhab. myrob. flau. elleb.

nigr. electuar. è ſucco roſarum, electuar. è pſyllio, diaprun. ſoluti. diacaſsia. Hæc ea dantur quantitate, & cum corrigentibus, de quibus egimus, quãdo potionis rationem docebamus: præterea cum iis ſeropiis, de quibus meminimus, cùm iulapiorum compoſitionem tradebamus.

Boli flauam bilem purgantis exemplum.

REcipe electuar. è ſucco roſar. ʒ.ij. caſsię recẽs extractę ʒ.S. rhab. in puluerẽ redacti ʒ.S. ſacchari vio laçei ʒ.S. ſerap. oxalid. quod ſatis erit iis permiſcendis. fiat bolus.

Materia boli melancholiam purgantis.

PVlueres turbethi, myrob. Ind. epithymi, ſenæ: cõfect. hamech. diacydon. ſolut. hiera Rufi, hiera logod.

Boli

Boli melancholiam educentis exemplum.

REcipe confectionis hamech ʒ.iij.myrob. Indor. diligenter tritorum ʒ.j. turbethi ϑ.ij. zingib. ϑ.j. conſeruę bugloſsi & fumarię, an. ʒ.ij. ſerap. de thymo, quod ſatis erit. fiat bolus.

Materia boli pituitam trahentis.

PVlueres rad. polypod. querni, hermodact. turbethi, diaphœni con, benedicta, diacartha. diacydonium ſolutiuum.

Boli pituitam purgantis exemplum.

REcipe diacartha. & diaphœ. an. ʒ.ij. hermodact. ʒ.j. maſtiches, ϑ.j. turbethi ʒ. S. zingiberis ϑ. S. quibus diligenter tritis, adde conſer. hyſſop. & roriſmarini, an. ʒ.ij. ſacchar. è lauandula ʒ.iij. ſerap. de praſio,

praſio, quod ſatis erit iis permiſcendis. Conficiatur buccella.

Materia boli ſanguinem purgantis.

PVlueres ſenæ, rhab. cathol. diaſen. ſacch. violaceum, è cichorio, è bugloſſo, è fumaria.

Boli ſanguinem purgantis exemplum.

REcipe cath. & diaſen. an. ʒ. iij. rhab. ℈. j. ſpicæ nardi ℈. S. ſenæ ʒ. ij. quibus diligenter tritis, adde cōſer. bugloſsi, & cichor. an. ʒ. iij. ſerap. acetoſi quod ſatis erit. fiat bolus.

Forma pilularum.

CAtapotia, quæ ægris ſumenda deſcribuntur, componuntur plurimùm ex maſſa duarum, aut trium pilularū, quas confectas ſeruant pharmacopolæ: ſic, vt ex ſingulis tribus maſsis aſſumpto ℈. j. fiant

fiant ex vna drachma maſſæ globuli nouem, aut tredecim. Addun tur grana aliquot medicamenti ſimplicis, vel compoſiti acrioris, quod globulorum vires augeat. Ex quibus, cum ſerapio noſtro inſtituto conueniente, fiunt pilulæ nunc nouem, nunc tredecim pro ægri natura: quas cinnamomo, vel auro poſtea obuoluimus, vt minori negotio deuorẽtur. Ergo in pilulis conficiendis quatuor cõſiderantur: maſſa ex pharmacopœorum maſsis deducta: quod illius vires auget: ſerapium, quod illa duo coniungit: cinnamomum, quod ſaporem addit. Dantur autem manè, vt cætera cathartica, ſto macho vacuo.

Materia pilularum ad flauam bilem educendam.

Pilul.aur.	ʒ.j.s.	*cũ oxy-saccha. et sera.*	*de limonibus*
Pil.aggreg.	℈.iiij.		*de suc.acetos.*
Pilul.de rhab.	ʒ.ij.		*de rosis*
Scammo.	G̃.iij.		*de cichor.*
Elaterij	G̃.iiij.		
Colocynth.	G̃.iiij.		

Nota quod scammonium dari potest per se tra ʒj. ex sententia Leonardi Sachini in praxi. pag. 78.

Pilularum pro flaua bile exemplum.

RECipe pilularum aurearum, & de rhab. an. ʒ.S. elater. G̃.iiij. cum serap. de limonibus quod sufficiet. Fiãt pilul. nouem, quæ auro obuolutæ, dentur manè ante cibum.

Mate

Materia pilul. ad melancholiam educendam.

Pilul. de fuma. 3.ij.
Pil. de lap. Ar. 3.j.S.
Pil. de lap. laz̃ul. 3.ij.
Pilul. Ind. 3.ij.
Elleb. G̃.vj.
Lapi. laz̃ul. G̃.iiij.

cũ oxyme lite simp. & cõpo-sito, & se rap. — *de byz̃ant. de stœchad. de eupat. de calaminth. de duab. rad.*

Pilul. ad melancholiam educendam exemplum.

REcipe pilul. de fum. & de lap. lazuli, an. 3.S. ellebor. nigri, in pollinem redacti, ϑ.S. tragacãthę, & lapid. Arme. loti an. G̃.iiij. Terantur diligenter cum serap. de byzantiis, quod satis erit: fiant pil. nouem, cinnamomo obuolutæ.

Materia pilul. ad pituitam educendam.

Pil. de agaric. ʒ.ij.
Pil. cochiæ ʒ.ij.
Pil. hermod. ʒ.j.ſ.
Pil. de hier. fœti. ʒ.j.
Pil. lucis ʒ.ij.
Pil. ſtomach. ʒ.iij.
Pil. ſine quib. ʒ.ij.
Turbith ℈.ſ.
Euphorb. ℊ.iij.
Agaric. ℈.j.
Trochiſ. dialh. ℊ.iiij.

cũ ſerap.

- *abſinth.*
- *menth.*
- *hyſſop.*
- *praſij*
- *ſtœchados*
- *glycyrrh.*
- *corti. citr.*
- *calamint.*

Pilula

Pilul. ad pituitam attrahendam exemplum.

REcipe pilular. cochia. pilul. lucis, an. ʒ. S. trochiscor. dialhand. ℈. S. euphor. G̃. iiij. cum serap. de prasio. Fiant pil. duodecim: quæ cinnam. obductæ, dentur manè stomach. vacuo.

Materia pil. ad sanguinem mundandum.

Pil. de cynoglo.	ʒ. ij.	*cũ serap.*	*de fumar.*
Pil. de fumar.	ʒ. ij.		*de acetos.*
Aloes	℈. s.		*de limonib.*
Rhabar.	℈. j.		*de cichor.*
			de buglos.
			de violis.

Pil. ad ſanguinem mundandum exemplum.

REcipe pilul. de cynogloſ. & de fumaria, an. ʒ. S. rhabar. triti ϑ. ij. ſpicæ nar. in puluerem redactæ, ϑ. S. Cum ſerapio de fumaria fiant pil. tredecim.

De topicis medicamentis.

CAP. XLVI.

MEdicamentorum, quæ intrò aſſumuntur, tum materia tum forma ſuperiore ſermone expoſita fuit. Supereſt, vt pari ratione de localibus medicamentis agamus. Medicamenta igitur, quæ foris adhibentur, ſunt emplaſtra, linimenta, cataplaſmata. Ex iis verò ſingulis alia

alia repellunt, alia emolliunt, alia discutiunt, alia suppurant, alia aperiunt, alia abstergunt, alia carne vlcus implent, alia cicatricem inducunt, alia attrahunt, alia carnes exedunt. De quibus sigillatim est dicendum.

Forma emplastrorum.

EMplastrorum quædã fiunt per decoctionem, quædam verò sine decoctione. Quæ sine decoctione fiunt, hæc ex adipibus, axũgiis, resinis, gummi ad ignẽ liquefactis constant. Quibus adiiciũtur pulueres ex plantis, & metallis, quæ vbi permista fuerint, ab igne remouentur: & in aquam frigidam iecta, manibus tam diu premuntur,

dum planè coaluerint. At verò em plaſtra, quæ per decoctionem fiũt, conſtant aut ſucco, aut ſubſtantia plantarum, oleo, cera: aliquando gummi, reſinis, & pulueribus metallorum. Quando igitur herbarũ ſubſtantiam accipiunt, tunc ſic parantur: Planta coquitur, donec in mucilaginem redacta ſit. Deinde mucilago ſetaceo cribro traſmiſſa, tã diu oleo coquitur, donec omnis humiditas exhalarit. Poſt additur cera aut gummi, in aceto diſſolutum: & iterum fit coctio, donec humiditas omnis conſumpta fuerit: quod cognoſcitur, iniecta emplaſtri particula in prunas: quæ ſi ſtridat, nondum facta fuit concoctio. Poſtremò adduntur pulueres, qui longam decoctionem non ferũt, idcirco ſtatim ab igne remouetur

uetur emplaſtrum, & formantur magdaleones. At ſi non ſubſtantia plantarum, ſed vel mucilago, vel ſuccus in emplaſtro ſit: hæc coquuntur cum oleo, donec omnis humor abſumptus fuerit: Quo facto, adduntur cera, & pulueres aromatici. Nam ſi ſit pulueres metallorum, qui longam decoctionē exigunt, cum oleo macerandi, & diu coquendi ſunt. Quantitas autem miſcēdorum ita ſe habet, vt ad ʒ.j. puluerum, addantur ʒ.iij. olei, ad ʒ.iij. olei addatur ℔.j. ceræ, quæ veluti corpus emplaſtro det: & reſinæ ʒ.ij. quibus emplaſtrum fiat tenax. Quanquam hoc tempore ſoleamus quātitatem puluerum, & oleorum exprimere, deinde addere hæc verba, & ceræ, quod ſatis erit: fiat emplaſtrum. Augere ve

rò, aut diminuere quantitatem pul uerum, vel oleorũ, aliorúmve medicamentorum, quæ emplaſtro vires addunt, ille ſolus nouit, qui & medicamentorum vires, & morbi magnitudinem tenet: quantitatem autem ceræ, aut aliorum, quæ emplaſtro tantùm corpus præſtant, is ſolus nouit augere, vel minuere, qui totius emplaſtri, & integri quãtitatem antè præſcripſit, quàm partes definierit emplaſtri. Cum enim medicamẽtum debeat, quod eſt ſecundum naturam, conſeruare, & quod eſt præter naturam, expellere: neceſſe eſt, vt aucto morbo, augeatur etiam medicamentum. Morbus verò nõ eſt ſemper idem. Fit ergo vt medicamentũ non poſſit eſſe perpetuò idem. Quare certa medicamentorũ quantitas præſcribi

ſcribi omnibus apta non poteſt: ſed relinquitur prudenti Medico, qui nunc augendo, nũc minuẽdo, tantum faciet medicamentum, quantum exiget morbus. Deſcribitur tamen quædam vniuerſalis quantitas, quæ addendo, aut diminuendo, pro natura morbi, fit poſtea morbo propria.

Materia emplaſtri repellentis.

CEruſſa, lithargyrium, chalcitis, bolus armenia, cera alba, reſina pini, terebinthina, maſtiche, thus, oleum roſaceum, omphacinum, coſtinum, nardinum: ſucci hypociſthid. aloes, mandragoræ, hyoſcyami, papaueris, plantaginis: ſolia

folia abſinthij,polij,marrubij, ſaluiæ,centaurij,coriandri: calamus aromaticus,fructus cupreſsi,rubi, rhoïs ſemina myrti,roſarum: malicorium, balauſtium, cinnamomum,adeps ſuillus: cerotum myrtinum,cerotum melinum: gummi helenij.

Emplaſtri repellentis exemplum.

REcipe terebinthinæ reſinæ pini, an. ʒ.j. ceræ albæ ʒ.iiij. S. gummi helenij ʒ. S. Quibus ad ignem diſſolutis, adde boli Armenij,terræ ſigillatæ,an.ʒ.ij. ceruſſæ, ʒ.iij.radicis cyperi ʒ.j. chalciteos ʒ. S. quibus diligenter tritis, fiat emplaſtrum.

Mate-

Materia emplaſtri emollientis.

LIthargyrium, ceruſſa, ſquamma argenti, pyrites, molaris, ſilex infuſa cum aceto, bitumen, cera, propolis, ſtercus caprinum, olei fæx, terebinthinæ, pix, galbanum, hammoniacũ, bdellium, maſtiche, thus: oleum chamæmeli, amygdalarum, laurinum, ſampſuchi, irinum, adeps ſuillus, vitulinus, hœdinus, caprinus, bubalinus, vulpinus, leoninus, vrſinus, hircinus, taurinus, ceruinus, anatinus, gallinaceus, fibris exemptis. vitellus oui, medullæ, capræ, ouis, cerui, vituli: ſucci opopanacis, ſeminis pſyllij: acetum, radices maluę, cucumeris agreſtis, lilij, althęę: folia anethi, maluæ, lilij, ficus, fabæ:

bæ: coccũ Cnidium, oryza, semen lini, fœnogræcum, ſtaphiſagria, althæa, fermentum, diachylon.

Emplaſtri duritiem mollientis exemplum.

REcipe mucilaginis rad. lilij, & althææ, an. lib. S. olei lauri, & chamęmeli an. ʒ. iij. Quibus coctis ad conſumptionem ſucci, adde galbani, hammoniaci, bdellij in aceto diſſolutorum, an. ʒ. S. Quibus denuo coctis ad humiditatis cõſumptionem, addantur propoleos, & ceruſſæ an. ʒ. quinque. fiat emplaſtrum. Quod generoſo vino infuſum malaxetur.

Materia emplaſtri reſoluentis.

COrallium, ſal vſtus, ſalis flos, ſulphur, calx, mel, cera, propolis,

lis, laſerpitium, laringia, terebinthina, Colophonia, pix arida, maſtiche, hammoniacū: olea anethi, ſicyonium, liliorum, hyperici, ſambuci, hyſſopi: radices cæpæ, pæonię, cyclamini, thapſiæ: folia papaueris cornuti, chamæmeli, althææ, abſinthij, polij, ariſtolochiæ. Semen vrticæ, fœnogræci, orobi, axungiæ porci, anatis.

Emplaſtri diſcutientis exemplum.

REcipe radicum althææ, & maluæ, an. M.ſ. foliorū abſinthij, & papaueris, corniculati, an. M.j. ſeminis fœnogręci, orobi, contuſorum, an. P.j. Coquantur, donec redacta ſint in formam maſſæ: cocta ſetaceo tranſmittantur. De tranſmiſſa mucilagine accipe ℔.j. olei anethi, et hyperici, an. ʒ.ij. axūgiæ ver

veteris porei, & gallinæ, à fibris purgatæ an. ʒ.j. Coquantur ad consumptionem humiditatis. Pòst adde salis vsti ʒ.ij. corallij ʒ.j. seminis anisi, an. ʒ.iij. farinę lolij & hordei an. ʒ.j. croci ϑ.ij. ceræ, quod satis erit: fiat emplastrum.

Materia emplastri suppurantis.

RAdices ireos, cæpæ, lapathij, althææ: folia maluæ, caricæ, vuæ passæ: semina hordei, lini, fœnogræci, tritici: crocus, resinæ terebinthinæ, lentisci, ladanum, galbanum. Styrax, myrrha, pix Colophonia, adeps suillus, vitulinus, anserinus, medullæ omnes, butyrum, vitellus oui: olea, rosaceum, myrtinum, sicyonium sapa, panis.

Em

Emplastri tumorem præter naturam coquentis exemplum.

REcipe caricas albas, numero viginti, vuarum passarũ mundatarum à vinaceis vncias duas, radicum lapathij, & althææ, an. vncias tres, seminis fœnogr. & lini, an. vnciam vnam semis. Contusa coquantur, dum in mucilaginem redacta fuerint: deinde colo transmittantur. De colatura accipe libram vnam, olei de lilio ℔. S. Denuo coquantur, dum omnis humiditas exhalarit. Adde adipis suilli, & vitulini, purgati à fibris an. vncias quatuor, radicis ireos in puluerem redactæ, farinæ tritici, resinæ Colopho. an. vncias tres, ceræ, quod satis erit: fiat emplastrum.

Materia emplastri vomicas aperientis.

AVripigmentum, ærugo, viride æris, arsenicũ, sandaracha, chalcitis, chrysocolla, calx, pumex vstus, cineres radicis brassicarum, arundinis, testarum, cantharidum: propolis, canis stercus, & columbi, anacard. caricæ: semina vrticæ, sinapis, terebinthinæ: succus radicis asphodeli, euphorbiũ, radicis bryoniæ, thapsia, lepidium, hermodactyl. medullæ omnes, adipes ranarum viridium, axungiæ, butyrum, cortex salicis vstus, oleum antiquum.

Emplastri vomicas aperientis exemplum.

REcipe radic. hermodactyl. radicis bryoniæ, an. ʒ. j. fæcis vini

vini vſtæ, ſtercoris columbini añ. ʒ.j.S.arſenici,æruginis,añ.ʒ.S.pinguedinis ranarum viridium, olei antiqui,añ.ʒ.S.propoleos, & terebinthinæ añ. quod ſatis erit: fiat emplaſtrum.

Materia emplaſtri vlcus abſtergentis.

AErugo lota, ſquãma æris, miniũ factitium, lithargyrium, arſenicũ, calx lota, cineres oſtreorum, alumen ſciſile, ſtercus caprinum, mel roſaceum, cera viridis, terebinthina, Colophonia, galbanũ, maſtiche, hammoniacũ, thus, myrrha, aloë, ſarcocolla, manna, oleum roſaceum, ſuccus marrubij, alkali, panacis, radicis ireos, dra-

contij, ariſtolochiæ, gentianæ, ſolani, folia ſolani, chelidoniæ, plantaginis, ſcabioſæ, ormini, liguſtici, ſemina vrticæ, orobi, fabæ, lupuli, ciceris, butyrum.

Emplaſtri vlcera abſtergentis exemplum.

REcipe ſuccí ſolani, marrubij, plantaginis, olei roſacei añ. ℔ß. S. Coquantur ad conſumptionem ſuccorum. puluerũ cicerũ, oſtreorum, ſtercoris caprini vſti, calcis lotæ, an. ʒ.iiij. æruginis lotæ, arſenici, in pollinem redactorum, an. ʒ. ij. Galbani, hammoniaci, aloes, an. ʒ.iij. terebinthinæ, ʒ. ij. ceræ viridis, quod ſatis erit: conficiatur emplaſtrum.

Mat

Materia emplaſtri carnem generantis.

CAdmia lota, pōpholyx, ceruſſa, ſquamma ęris, atramentum ſutorium, chalcitis, chryſocolla, corallium, cryſtallus, ſpodium, cineres oſtreor. buccinarum, fæx vini vſta, pumex lotus, plumbum vſtum, mel, reſinæ colophoniæ, pix, myrrha, ſtyrax, galbanum, ſuccus aïzoï, ſolani, aloes, radicis ariſtolochiæ, ireos Illyricæ, bryoniæ, anchuſæ, folia piloſellę, abſinthij, meliloti, chelidonij, verbenæ, linguæ auis, ſemē fœnigræci, orobi, lupini, hordei: adipes caprilli, axungiæ vaccæ, amylum, oleum roſaceum.

Empl. carnem generantis exemplum.

REcipe ſuc. ſola. aïzoi, an. ʒ. iij. radicis ireos & bryoniæ an. ʒ. iiij. olei roſ. ℔. S. Coquantur ad cō ſumptionem ſucci. Quibus adde reſinæ Colophoniæ, & gummi he lenij in aceto diſſolutorum, an. ʒ. ij. Denuo coquantur ad conſumptionem humiditatis. Adde cinerum oſtreorum & buccinor. an. ʒ. j. corallij, ſpodij, an. ʒ. ij. ceræ, quod ſatis erit: fiat emplaſtrum.

De Vnguentorum forma, & materia.

FOrma vnguenti differt ab emplaſtri, quòd ſit mollior. Nam cum

cum vnguenta habeant plus olei, & minus ceræ, quàm emplaſtra, neceſſe eſt ſint molliore forma. Itaque, quum facimus vnguenta, ad drachmam vnam puluerum addimus ʒ. j. olei, & ad vnciam vnam olei adhibemus ʒ. j. ceræ. Modus verò conficiendi, & materia, ex quæ fiunt vnguenta, eadem omnino ſunt, quæ de emplaſtris dicta fuere.

Vnguenti carnem generantis exemplum.

REcipe ſucci millefolij, & verbenæ, an. ʒ. iiij. olei roſac. ℔. S. axungiæ vaccę ʒ. ij. Coquantur ad conſumptionem ſucci. Adde galbani, ſtyracis, in aceto diſſoluto-

rum, an. ʒ. ij. Iterum coquantur, dum humiditas exhalarit. Poſtremò adde ceræ quantum ſatis erit: & ab igne remouendo, adde aloës diligenter tritæ drachmas tres. fiat vnguentum.

De cataplaſmatum forma & materia.

CAtaplaſmata fiunt ex radicibus, foliis, ſeminibus, floribus, pinguedinibus, & oleis, hoc modo: Plantæ contuſæ, & in aqua ceratæ ita coquuntur, vt in quaſi mucilaginem redigantur. Sic cocta ſetaceo tranſiiciuntur. De trãſiecto accipimus quantitatẽ, quam volumus: cui admiſcemus aut olea aut pinguedines. Quæ permiſta

ſta ſtatim ab igne remouentur, & vſui ſeruantur. Hæc autem hac ratione miſcentur, vt in ſingulos manipulos plantarum addantur ſingulæ vnciæ, & ſemiſſes oleorum, aut pinguedinum.

Cataplaſmatis emollientis exemplum.

REcipe radicum althææ, maluæ, an. M. j. liliorum alborum, & cucumeris agreſtis an. M. S. caricas numero decem, ſeminis lini, fœnigræci, an. M. j. Contuſa, & in aqua macerata coquãtur, dum in mucilaginem redacta fuerint. Deinde colo tranſiiciantur. De tranſmiſſo accipe libram vnam. Cui adde olei de lilio, & amygdala-

rum dulcium, an. vncias duas, me
dullæ capræ, & cerui ana.
vnciam vnam, ceræ,
quod ſufficit.
Fiat ca-
taplaſ
ma.

FINIS.

EXTRAICT DV priuilege du Roy.

PAR GRACE ET PRIVI lege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille, libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vn liure intitulé *Commentaria Sebaſtiani Coquillati, in libellum Galeni, cui titulum fecit, Quos, quibus & quando purgare oporteat*: & defenſes faictes à tous autres libraires & imprimeurs & perſonnes quelconques de n'imprimer, ou faire imprimer ledict liure, ſans le vouloir & cõſentement dudict Rouille, & ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte, que la premiere impreſsion ſera acheuee: & ce ſur peine d'amande arbitraire, & de perdition des liures, comme plus à-plein eſt contenu aux lettres de priuilege, ſur ce faictes & donnees à S. Germain en Laye, le dernier de Mars 1552. auant Paſques.

Signé Mahieu.

Et ſeelé du grand ſeau, en cire iaune à ſimple queüe.

Index.

Qui sine periculo expurgari possint. p. 11
Tempora ad expurgandum idonea. p. 120.
Qui sint purgandi. p. 125.
Venae sectio. p. 126.
Vomitus et ciatur. p. 132.
Clisterium materia et forma. p. 135.
Clist. bilem purgantium mata. et forma. p. 13
purgantium pituitam. p. 139. | purgantium melancholiam. p. 141. | Adstringentium. p. 142. | Carminativorum. p. 144. |
Metranchitarum mata. et forma. p. 145.
Menses mouentes. ibid. | Menstrua sistentes. p. 146. | Carminatiuae. p. 147. |
Glandium materia et forma. p. 148. | Ad deijciendum. p. ~~148 | ad di~~ 151. | ad resoluendos flatus. ibid.
Pessorum forma et materia. p. 152. | Ad ducendos menses. p. 153. | Ad ipsos cohibendos p. 154. | Ad emolliendum. ibid.
Errhinorum solidorum forma et mata. p. 155. | Liquidorum forma et mata. p. seq.
Apoflegmatismi forma et materia. p. 157
~~Expurgantium forma et materia~~
Syruporum mata. et forma. p. 160. Ad melancholiam. p. 161. | Ad bilem. p. 162. | Ad pituitam. ibid. | In capite et reliquis partibus hos humores praeparantia à p. 164.
Apozematum materia et forma. p. 167. | Ad singulos humores. à p. seq.

Ad singulas corporis partes. à p. 177. |.
℞ Electuarij solidi forma et materia. p.
.185. |. Ad singulas partes. à p. seq. |.
℞ Conditorum forma et materia. p. 189. |
Ad singulas partes. p. 190.
℞ Expurgantis medicamenti dossis universalis, et permiscendi causae et modus. à p.
.191. |. eorum indicationes. p. 197. |. dossis particularis. p. 201. |. Materia et forma purgantium potionum ad singulos humores tam simplicium, quam compositorum. à p. 203. |. deferentium simplicium ad sing. membra. p. 210. |.
Decoctionum purgantium forma et materia ad sing. humores et partes à p. 211. |. Infusionum expurgantium sing. humores in sing. partibus forma et mat.ª à p. 216. |. Boli purgatorij mat.ª et forma. 221. |. Pillularum forma et materia ad humores et partes. p.
.224. |. Materiam et formam purgantium aquas et serositatem. à p. 204.

℞ emplastrorum forma et materia.
p. 231. ubi ad diversas opera.
℞ Unguenta similiter enarrantur.
p. 246.
℞ Cataplasmata. 248.

℞ Simplicia marginalia à p. 10.
· ex Gordonio ·

℞ Syrupi. p. 79. = | ℞ Expurgantia. p. 87.
℞ Confectiones roborantes. p. 91.
℞ Conserue. p. 93.
℞ Trochisci. p. 94. —— ℞ Lohoch. p. ibid.
℞ Narcotica. p. 95. —— ℞ Vomitoria. p. 96.
℞ Errhina. p. 97. —— ℞ Masticatoria. p. 98.
℞ Odoramenta. p. 99. —— ℞ Suffumigia. ibid.
℞ Olea. p. 100. —— ℞ Vnguenta. p. 101.
℞ Supplementum ex
Fragoso. à p. 102.

Carmina de medicamentis
memoriæ mandanda.

A. p. 106.

℞ Carmina pertinentia ad medem
methodum. p. 150.
℞ Carmina ad cognitionem morb. 19
℞ Carmina ad prædictionem iuuantia.
pag. 220.

Carmina nostra receptandum
dos docentia inuenies in contro
uersijs phisicis Vallesij.

+

Propensio est stimulus voluptatis in bonum, materialiter cognitum.

Auersio est stimulus doloris in malum materialiter cognitum. — Omnes ergo brutorum operationes ex propensione vel auersione procedunt, spontaneeq. feruntur in voluptates, et in fugam doloris. — Est in hominibus natura sensibilis eiusdem rationis cum brutis, si precisse sumatur. In quo sensu stimulos doloris et voluptatis percipit, quibus allicitur ad fugam vel prosequutionem. Quod si rationis vsu dominante tales stimuli non corrigerentur, deficiente inquam rationis vsu, vt in fatuis; non equidem inde resultaret peccatum. Nunc autem quoniam rationis vsu tenetur homo hos stimulos supprimere ac dirigere; quoties in hoc deficit, toties peccat, et instar brutorum operatur. Hæc igitur est peccatorum sentina atq. miseria.

Hominis autem, quatenus homo est, passiones sunt Amor, Desiderium, Spes, Gaudium; Odium, fuga, desperatio, tristitia.

Amor est propensio in bonum formaliter cognitum.

Desiderium est amor allicitus.

Spes est desiderium boni, quatenus consequibile.

℞ Gaudium est fruitio boni possessi.
℞ Odium est aversio mali formaliter cogniti.
℞ Fuga est odium elicitum.
℞ Desperatio est odium mali imminentis.
℞ Tristitia est vexatio à malo præsenti.

℞ Notandum est, quòd omnes istæ passiones procedere possunt à sola voluntate imperante, præterquam amor et odium, qui fortè sunt primi motus precissè. Ac siquidem dirigantur in bonum honestum, meritoriæ profectò sunt. Contra verò, peccata. — Possunt etiam ex mixto principio originem ducere, videlicet ex stimulis sensualibus sequente voluntate. Tunc igitur, si tendant, vel regulentur in bonum honestum, pro gratia sunt habendi, et tanquam non minimum Dei donum sunt admittendi. Si verò contra; nihil detestabilius: cum ex eis nascatur animæ & interitus et Dei summi offensiones.
℞ Reliquum est, ut quid sit ira dicamus. Est ergo ira quasi calcar omnium passionum, sive carum animus.